

THE CLUB BINDERY 1903

88

388

Sequuntur hore intemera-
te virginis marie secundum
usum romane curie. Ad ma-
tutinum.

Domine labia
mea aperies.
Et os
meum annun-
ciabit laudem tuam. De-
us in adiutorium meum in-
tende. Domine ad adiu-
uandum me festina. Gloria
patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio

et nunc et ſemper: et in ſecu
la ſeculorum amen. Allelu
ia. Et dicitur. Alleluia. A
paſcha uſq; ad ſeptuage
ſimam: et a ſeptuageſima
uſq; ad paſcha dicitur. La
us tibi domine rex eterne
glorie. Inuitatoriũ. Aue
maria gratia plena. Dominꝰ
tecum. Aue maria. Pſalmus.
Venite exultemus
domino iubilemꝰ
deo ſalutari noſtro: preoc
cupemus faciem eius i cõ

feſſione: et in pſalmis iubi-
lemus ei. Aue maria. Quo-
niam deus magnus dominꝰ
et rex magnus ſuper omnes
deos: quoniam nõ repellet
dominus plebem ſuam: quia
in manu eius ſunt omnes fi-
nes terre: et altitudines mõ-
tium ipſe conſpicit. Dominꝰ
tecum. Quoniam ipſius
eſt mare et ipſe fecit illud et
aridam fundauerunt manus
eius: uenite adoremus et p-
cidamus ante deum: plore-

Lehigh 14059

mus coram domino qui fe-
cit nos: quia ipse est dominus
deus noster: nos autem po-
pulus eius et oues pascue
eius. Aue maria gratia ple.
Hodie si uocem eius au-
dieritis nolite obdurare cor-
da uestra sicut in exacerbati-
one secundum diem tenta-
tionis in deserto ubi tenta-
uerunt me patres uestri: pro-
bauerunt et uiderunt opera
mea. Dominus tecum. Qua-
draginta annis proximus

fui generationi huic et dixi
ſemper hi errant corde: ipſi
uero non cognouerunt uias
meas quibus iuraui in ira m̄
a ſi introibunt in requiē me
am. Aue maria. Gloria pr̄i
et filio: et ſpiritui ſc̄o. Sic
erat in principio et nunc et
ſemper et in ſecula ſeculorum
amen. Dominus tecum. Aue
maria gratia plena dominus
tecum. Hymnus.

Quem terra pontus
ethera colunt ado

rant predicant trinam regē
tem machinam clauſtrū ma
rie baiulat. Cui luna ſol
et omnia deſeruiunt per tē
pora perfuſa celi gratia geſ
tant puelle uiſcera. Beata
mater munere cuius ſupernꝰ
artifex mundum pugillo cō
tinens uentris ſub archa cla
uſus eſt. Beata celi nun
cio fecunda ſancto ſpiritu
deſideratus gentibus cuius
per aluū fuſus eſt. Maria
mater gratie mater miſericō

dic tu nos ab hoſte protege
et hora mortis ſuſcipe. Glo
ria tibi domine qui natus
es de virgine cum patre et
ſancto ſpiritu in ſempiter
na ſecula. Amen. Iſte pſal
mus et alij duo ſequentes
cum ſuis antiphonis dicũ
tur diebus dominicis: lu
ne et iouis aña. Benedc̃a
tu in mulieribꝫ. Pſalmus.

Domine dominus
noſter: q̃z admi
rabile eſt nomen tuum in

uniuerſa terra. Quoniã
eleuata eſt magnificẽtia
tua: ſuper celos. Ex ore
infantium et lactentium
perfeciſti laudem propter
inimicos tuos: ut deſtru
as inimicum et ultorem.
Quoniam uidebo celos
tuos opera digitorũ tuo
rum: lunam et ſtellas que
tu fundaſti. Quid eſt
homo q' memor es eius:
aut filius hominis quoni
am uiſitas eum. Minu

iſti eum paulominus ab an
gelis gloria et honore co
ronaſti eum: et conſtituiſti
eum ſuper opera manuum
tuarum. Omnia ſubiecis
ti ſub pedibus eius oues
et boues uniuerſas: inſup
et pecora campi. Volu
cres celi et pices maris: q
perambulant ſemitas ma
ris. Domine dñs noſter:
q̃ admirabile eſt nomen
tuum in uniuerſa terra. Glo
ria patri et filio et ſpũi ſcõ.

Sicut erat. aña. Bene
dicta tu in mulieribus et
benedictus fructus uẽtris
tui. aña. Sicut mirra ele.
Celi enar Pſalmus.
rant gloriam dei:
et opera manuum eius an
nunciat firmamentum.
Dies diei eructat uerbũ
et nox nocti indicat ſcien
tiam. Non ſunt loque
le neq; ſermones: quorũ
non audiantur uoces eoꝝ.
In omnem terrã exi

uit ſonus eorum: et i fines
orbis terre uerba eorum.
In ſole poſuit taberna
culum ſuum: et ipſe tanq;
ſponſus procedens de tha
lamo ſuo. Exultauit ut
gygas ad currendam uiam:
a ſummo celo egreſſio eiꝰ.
Et occurſus eius uſq;
ad ſūmum eius: nec eſt q̃
ſe abſcondat a calore eius.
Lex domini immacula
ta conuertens animas teſti
monium domini fidele: ſa

pientiam preſtans paruulis.
Iuſticie domini recte leti
ficantes corda: preceptum
domini lucidum illuminãs
oculos. Timor domini
ſanctus permanet in ſeculũ
ſeculi: iudicia domini uera
iuſtificata in ſemetipſa. De
ſiderabilia ſuper aurum et
lapidem precioſum multũ:
et dulciora ſuper mel et fa
uum. Etenim ſeruus tuus
cuſtodit ea: in cuſtodiendis
illis retributio multa. De

licta quis intelligit: ab occul
tis meis munda me: et ab
alienis parce ſeruo tuo. Si
mei non fuerint dominati:
tunc immaculatus ero: et
emundabor a delicto maxi
mo. Et erunt ut compla
ceant eloquia oris mei: et
meditatio cordis mei i cõſ
pectu tuo ſemper. Domi
ne adiutor meus: et redẽp
tor meus. Gloria pr̃i. Si
cut erat. aña. Sicut mirra
electa odorem dediſti ſua

nitatis ſancta dei genitrix.
aña. Ante thorum. Pſalmus.
Domini eſt terra et
plenitudo eius: or
bis terrarum. et uniuerſi q̄
habitant in eo. Quia ipſe
ſuper maria fundauit eum:
et ſuper flumina preparauit
eum. Quis aſcendet in mõ
tem domini: aut quis ſta
bit in loco ſancto eius. In
nocens manibus et mũdo
corde qui non accepit in ua
no animam ſuam: nec iura

uit in dolo proximo ſuo.
Hic accipiet benedictio
nem a domino: et miſeri
cordiam a deo ſalutari ſuo.
Hec eſt generatio querē
tium eum: querentium fa
ciem dei iacob. Attollite
portas principes ueſtras
et eleuamini porte eterna
les: et introibit rex glorie.
Quis eſt iſte rex glorie:
dominus fortis et potens
dn̄s potens in prelio. A
ttollite portas principes

uestras et eleuamini porte
eternales: et introibit rex
glorie. Quis est iste rex
glorie dominus uirtutum
ipse est rex glorie. Glĩa
patri et filio. Sicut erat.
Aña. Ante thorum huius ṽ
ginis frequentate nob̄ dul
cia cantica dragmatis. ℣.
Diffusa est gratia in labijs
tuis. ℟. Propterea benedi
xit te deus in eternũ. Pater
noster. Et ne nos. Sed libe
ra nos a malo. Benedictio.

Precibus et meritis
beatiſſime et glori
oſiſſime ſemperqꝫ uirginis
marie et omnium ſanctoꝝ
et ſanctarum: ſaluet et per
ducat nos dominus noſter
ieſus chriſtus ad regna celo
rum. Amen. Iſte pſalmꝰ et
alij duo ſequentes cum ſuis
antiphonis dicuntur die
bus martis et ueneris aña.
Specie tua et pul. Pſalmꝰ.
Eructauit cor meum
uerbum bonũ: di

co ego opera mea regi. Li
gua mea calamus ſcribe: ue
lociter ſcribentis. Speci
oſus forma pre filijs homi
num diffuſa eſt gratia i la
bijs tuis: propterea bene
dixit te deus in eternum.
Accingere gladio tuo
ſuper femur tuum: poten
tiſſime. Specie tua et
pulchritudine tua: intende
proſpere procede et regna.
Propter ueritatem et
manſuetudinē et iuſticiā:

et deducet te mirabiliter
dextera tua. Sagitte tue
acute populi ſub te cadent:
in corda inimicorum regis.
Sedes tua deus in ſecu
lum ſeculi: uirga directi o
nis uirga regni tui. Dile
xiſti iuſticiam et odiſti ini
quitatem propterea unxit
te deus deus tuus oleo leti
cie pre conſortibus tuis.
Myrra et gutta et caſia
a ueſtimentis tuis a domi
bus eburneis: ex quibus

delectauerunt te filie regũ
in honore tuo. Astitit re
gina a dextris tuis in ueſti
tu deaurato: circumdata
uarietatibus. Audi fili
a et uide et inclina aurem
tuam: et obliuiſcere popu
lum tuum et domũ patris
tui. Et concupiſcet rex
decorem tuum quoniã ipſe
eſt dominus deus tuus et
adorabunt eum. Et fili
e tyri in muneribus: uultũ
tuum deprecabuntur oẽs

diuites plebis. Omnis
gloria eius filie regis ab in
tus in fimbrijs aureis: cir
cumamicta uarietatibus.
Adducentur regi uirgines
poſt eam: proxime eius affe
rentur tibi. Afferentur ti
bi in leticia et exultatione:
adducentur in templum re
gis. Pro patribus tuis
nati ſunt tibi filij: conſtitu
es eos principes ſuper oēm
terram. Memores erunt
nominis tui domine: in oī

generatione et generationẽ.
Propterea populi confi-
tebuntur tibi in eternum: et
in ſeculum ſeculi. Gloria
patri. Sicut erat in. aña.
Specie tua et pulchritudine
tua intende proſpere procede
et regna. aña. Adiuuabit eã.
Deus noſter Pſalmus.
refugium et uirtus:
adiutor in tribulationibus
que inuenerunt nos nimis.
Propterea non timebi-
mus dum turbabitur terra:

et transferentur montes in
cor maris. Sonuerunt et
turbate sunt aque eorũ: cõ
turbati sunt montes in for
titudine eius. Fluminis
impetus letificat ciuitatem
dei sanctificauit taberna cu
lum suum altissimus. Deus
in medio eius non cõmoue
bitur: adiuuabit eam deus
mane diluculo. Contur
bate sunt gentes et inclina
ta sunt regna: dedit uocem
suã mota est terra. Domi

nus uirtutum nobiſcū: ſuſ
ceptor noſter deus iacob.
Venite et uidete opera
domini que poſuit prodi
gia ſuper terram: auferens
bella uſqꝫ ad finem terre.
Arcum conteret et con
fringet arma: et ſcuta com
buret igni. Vacate et ui
dete quoniam ego ſū deus:
exaltabor in gentibus et e
xaltabor in terra. Domi
nus uirtutum nobiſcum:
ſuſceptor noſter d̄s iacob.

Gloria p̄ri. Sicut erat.
aña. Adiuuabit eam deus
uultu suo deus in medio eius
non cōmouebitur. aña. Si
cut letantium. Psalmus.
Fundamenta eius in
montibus sanctis:
diligit dominus portas syō
super omnia tabernacula ia
cob. Gloriosa dicta sunt
de te: ciuitas dei. Memor
ero raab et babilonis: sciē
tium me. Ecce alienige
ne et tyrus et populus ethi

opum: hi fuerunt illic.
Nunquid ſyon dicet ho-
mo et homo natus eſt ī ea:
et ipſe fundavit eam altiſſi-
mus. Dominus narra-
bit in ſcripturis populorū
et principum: horum qui
fuerunt in ea. Sicut le-
tantium omnium: habita-
tio eſt in te. Gloria patri.
Sicut erat. aña. Sicut
letantium omniū habitati-
o eſt in te ſancta dei gēitrix.
℣. Diffuſa eſt gratia in la-

bijs tuis. ℟. Propterea be
nedixit te deus in eternum.
Pater noſter. Et ne nos. Sed
libera nos a malo. Benedictio.

Precibus et meritis
beatiſſime et glorio
ſiſſime ſemperq; uirginis ma
rie et omnium ſcorum et ſa
ctarum: ſaluet et perducat
nos dominus noſter ieſus
chriſtus ad regna celorum.
Amen. Iſte pſalmus et alij
duo ſequentes cum ſuis an
tiphonis dicuntur diebus

mercurij et ſabbati. antiph̃.
Gaude maria. Pſalmus.

Cantate domino cã
ticum nouum can
tate domino omnis terra.
Cantate domino et bñ
dicite nomini eius: annun
ciate de die in diem ſaluta
re eius. Annunciate inter
gentes gloriam eius: in õi
bus populis mirabilia eius.
Quoniam magnus dñs
et laudabilis nimis: terri
bilis eſt ſuper omnes deos.

Quoniam omnes dij gē
tium demonia: dñs autem
celos fecit. Confeſſio ⁊
pulchritudo in conſpectu
eius: ſanctimonia et magni
ficentia in ſanctificatione eiꝰ.
Afferte domino patrie gē
tium, afferte dño gloriam ⁊
honorem: afferte dño gliaꝫ
nomini eius. Tollite hoſ
tias et introite in atria eius:
adorate dominū in atrio ſā
cto eius. Commoueatur
a facie eius uniuerſa terra:

dicite in gentibus quia do
minus regnauit. Etenim
correxit orbem terre qui nō
cōmouebitur: iudicabit
populos in equitate. Le
tentur celi et exultet terra cō
moueatur mare et plenitu
do eius: gaudebunt campi
et omnia que in eis sunt.
Tunc exultabunt om̄ia
ligna siluarum a facie domi
ni quia uenit: quoniam ue
nit iudicare terram. Iudi
cabit orbem terre ī equitate:

et populos in ueritate sua.
Gloria patri. Sicut erat.
aña. Gaude maria uirgo cū
ctas hereses sola interemisti
in uniuerso mundo. aña. Di
gnare me laudare te. Psalmus.
Dominus regnauit e
xultet terra: letētur
insule multe. Nubes et ca
ligo in circuitu eius: iusticia
et iudicium correctio sedis
eius. Ignis ante ipsum
precedet: et inflāmabit ī cir
cuitu inimicos eius. Illu

xerunt fulgura eius orbi te
rre: uidit et commota eſt
terra. Montes ſicut cera
fluxerunt a facie domini: a
facie domini omnis terra.
Annunciauerũt celi iuſ
ticiam eius: et uiderũt oẽs
populi gloriam ei9. Con
fundantur omnes qui ado
rant ſculptilia: et qui glo
riantur in ſimulacris ſuis.
Adorate eum omnes an
geli eius: audiuit et letata
eſt ſyon. Et exultauerũt

filie iude: propter iudicia tuā
domine. Quoniam tu do-
minus altissimus super oēm
terram: nimis exaltatus es
super omnes deos. Qui
diligitis dominum odite
malum custodit dominus
animas sanctorum suoꝝ:
de manu peccatoris libera-
bit eos. Lux orta ē ius-
to: et rectis corde leticia.
Letamini iusti in dominō:
et confitemini memorie sā-
ctificationis eius. Gloria

patri et filio et ſpũi ſancto.
Sicut erat. aña. Dignare
me laudare te uirgo ſacrata:
da michi uirtutem cõtra hoſ
tes tuos. aña. Poſt partũ.
Cantate Pſalmus.
domino canticũ no
uum: quia mirabilia fecit.
Saluauit ſibi dextera eiꝰ:
et brachium ſanctum eius.
Notum fecit dominus
ſalutare ſuum: in cõſpectu
gentium reuelauit iuſticiã
ſuam. Recordatus eſt

misericordie sue: et ueritatis sue domui israel. Uiderunt omnes termini terre: salutare dei nostri. Iubilate deo omnis terra: cantate et exultate et psallite.

Psallite domino in cythara in cythara et uoce psalmi: in tubis ductilibus et uoce tube cornee. Iubilate in conspectu regis domini moueatur mare et plenitudo eius: orbis terrarum et qui habitant in eo. Flumina

plaudent manu simul mon-
tes exultabunt a conspectu
domini: quoniam uenit iu-
dicare terram. Iudicabit
orbem terrarum in iusticia:
et populos in equitate.
Gloria patri. Sicut e-
rat. aña. Post partum uirgo
inuiolata permansisti dei ge-
nitrix intercede pro nob. ℣.
Diffusa est gratia in labiis tu-
is. ℟. Propterea benedixit
te deus in eternum. Pr noster.
Et ne nos. Sed libera nos a

malo. Benedictio.

Precibus et meritis be
atiſſime et glorioſiſ
ſime ſemperq: uirginis ma
rie et omnium ſanctorũ et
ſanctarum: ſaluet et perdu
cat nos dominus noſter ie
ſus chriſtus ad regna celorũ.
Amen. Jube domine bene
dicere. Nos cum prole pia:
benedicat uirgo maria. Amē.

In omni Lcō prima.
bus requiem q̄ſiui et
in hereditate domini mora

bor: tunc precepit et dixit
michi creator omnium: et
qui creauit me requieuit i
tabernaculo meo. Et dixit
michi. In iacob inhabita:
in israel hereditare: et in e
lectis meis mitte radices.
Tu autem domine miserere
nostri. Deo gratias. Rem.
Sancta et immaculata
uirginitas quibus te laudi
bus efferam nescio. ꝑ. Qui
quem celi capere non pote
rant tuo gremio cōtulisti. ℣.

benedicta tu in mulieribus
et benedictus fructus uen
tris tui. ℟. Quia quem celi.
Jube domine benedicere.
In omni tribulatione et an
guſtia: ſuccurrat nobis uir
go maria. Amen. Lcō ſecūda.
Et ſic in ſyon firmata
ſum et in ciuitate ſa
ctificata ſimiliter requieui:
et in hieruſalem poteſtas me
a. Et radicaui in populo ho
norificato, et in partes dei
hereditas illius et in pleni

tudine sanctorum detentio
mea. Tu autem domine. ℟.
Beata es uirgo maria q̄
dominū concepisti creato
rem mundi. ℣. Genuisti q̄
te fecit et in eternum perma
nes uirgo. ℣. Aue maria grā
plena dominus tecum. ℣.
Genuisti qui te fe. Iube dn̄e
benedicere. Per uirginē ma
trem: concedat nobis dn̄s
salutem et pacē. Amē. Lectio
Quasi cedrus e iii.
xaltata sum in liba

no: et quaſi cypreſſus in mõ
te ſyon. Quaſi palma exal
tata ſum in cades: et quaſi
plantatio roſe in hierico.
Quaſi oliua ſpecioſa in cã
pis: et quaſi platanus exal
tata ſum iuxta aquas. In pla
teis ſicut cynamomum et
balſamum aromatizãs odo
rem dedi. Quaſi mirra ele
cta dedi ſuauitatem odoris.
Tu autem dñe miſerere nři.
℟. Felix namq; es ſacra
uirgo maria et omni laude

dignissima. ℟. Quia ex te
ortus est sol iusticie christus
deus noster. ℣. Ora pro po
pulo interveni pro clero in
tercede pro devoto femine
o sexu: sentiant omnes tuu
levamē quicūq; celebrant
tuam cōmemorationem. ℟.
Quia ex te. Gloria patri et.
℟. Christus deus noster.

Canticū ambrosij et augus.

Te deum laudamus:
te dominū confite
mur. Te eternū patrē:

omnis terra ueneratur. Ti
bi omnes angeli: tibi celi
et uniuerſe poteſtates. Ti
bi cherubin et ſeraphin: in
ceſſabili uoce proclamant.
Sanctus. Sanctus.
Sanctus: dominus deus
ſabbaoth. Pleni ſunt ce
li et terra: maieſtatis glorie
tue. Te glorioſus apoſ
tolorum chorus. Te pro
phetarum laudabilis nu
merus. Te martyrū cā
didatus: laudat exercitus.

Te per orbem terrarum:
ſancta confitetur eccleſia.
Patrem: imenſe maieſta
tis. Venerandum tuum
uerum: et unicum filium.
Sanctum quoqꝫ paracli
tum ſpiritum. Tu rex xp̄e.
Tu patris ſempiternꝰ es
filius. Tu ad liberandū:
ſuſcepturus hominem: nō
horruiſti uirginis uterum.
Tu deuicto mortis acu
leo: aperuiſti credentibus
regna celorum. Tu ad

dexteram dei ſedes: in gloria
patris. Iudex crederis eſ
ſe uenturus. Te ergo que
ſumus famulis tuis ſubueni:
quos precioſo ſanguine re
demiſti. Eterna fac cum
ſanctis tuis in gloria nume
rari. Saluum fac populū
tuum domine: et benedic he
reditati tue. Et rege eos:
et extolle illos uſq; in eter
num. Per ſingulos dies:
benedicimus te. Et lauda
mus nomen tuum in ſeculū

et in ſeculũ ſeculi. D igna
re domine die iſto: ſine pec
cato nos cuſtodire. M iſe
rere noſtri domine: miſere
re noſtri. F iat miſericor
dia tua domine ſuper nos:
quẽadmodum ſperauimus
in te. I n te domine ſpe
raui: non confundar in eter
num. G lia pr̃i. Ad laudes.

D eus in adiutoriũ
meum intende.
D omine ad ad
iuuandum me feſtina. G lo

ria p̄ri et filio et ſpūi ſancto.
S icut erat. aña. Aſſūpta ē.
D ominus. Pſalmus.
D regnauit decorem i
dutus eſt: indutus eſt dñs
fortitudinem et precinxit
ſe. E tenim firmauit orbē
terre: qui non cōmouebit.
P arata ſedes tua deus: ex
tunc a ſeculo tu es. E leua
uerunt flumina domine: ele
uauerunt flumina uocē ſuā.
E leuauerunt flumina flu
ctus ſuos: a uocibus aq̃r

multarum. Mirabiles ela
tiones maris: mirabilis in
altis dominus. Testimo
nia tua credibilia facta sunt
nimis: domum tuam decet
sanctitudo dñe in longitu
diné dierum. Gloria pñ.
Sicut erat. aña. Assump
ta est maria in celum gaudét
angeli laudantes benedicunt
dominum. aña. Maria ůgo.
Iubilate Psalmus.
deo omnis terra: ser
uite domino i leticia. In

troite in conſpectu eius: in
exultatione. Scitote quo
niam dominus ipſe eſt deus:
ipſe fecit nos et nō ipſi nos.
Populus eius et oues
paſcue eius: introite portas
eius in confeſſione: atria eius
in hymnis confitemini illi.
Laudate nomen eius quo
niam ſuauis eſt dominus in
eternum miſericordia eius: et
uſq; in generatione ueritas eius.
Gloria pri. Sicut erat.
aña. Maria uirgo aſſūpta ē

ad ethereum thalamum in
quo rex regum ſtellato ſe
det ſolio. aña. In odorem.

Deus deus Pſalmus.
meus: ad te de lu
ce uigilo. Sitiuit in te a
nima mea: quam multipliciter
tibi caro mea. In terra
deſerta inuia et inaquoſa ſic
in ſancto apparui tibi: ut ui
derem uirtutem tuam et glo
riam tuam. Quoniam me
lior eſt miſericordia tua ſu
per uitas: labia mea lauda

bunt te. Sic benedicā te
in uita mea: et in nomine tu
o leuabo manus meas. Si
cut adipe et pinguedine re
pleatur anima mea: et labiis
exultationis laudabit os me
um. Sic memor fui tui ſup
ſtratum meum in matutinis
meditabor in te: quia fuiſti
adiutor meus. Et in uela
mento alarum tuarum exul
tabo adheſit anima mā poſt
te: me ſuſcepit dextera tua.
Ipſi uero in uanū queſi

erunt animā meam introi-
bunt in inferiora terre tradē-
tur in manus gladij: partes
uulpium erunt. Rex uero
letabitur in deo/ laudabun-
tur omnes qui iurant in eo:
quia obſtructum eſt os lo-
quentium iniqua. Pſalm9.
Deus miſereatur nr̄i et
benedicat nobis:
illuminet uultum ſuū ſuper
nos et miſereatur nr̄i. Ut
cognoſcamus in terra uiam
tuam: in omnibus gētib9

ſalutare tuum. Confitean
tur tibi populi deus: confi
teantur tibi populi omnes.
Letentur et exultent gen
tes quoniam iudicas popu
los in equitate: et gentes in
terra dirigis. Confiteātur
tibi populi deus confiteātur
tibi populi omnes: terra de
dit fructum ſuum. Bene
dicat nos deus deus noster
benedicat nos deus: et metu
ant eum omnes ſines terre.
Gloria pr̄i. Sicut erat.

aña. In odorem unguento
rum tuorum currimus ado
leſcentule dilexerunt te ni
mis. aña. Benedicta filia.
Canticum trium puerorum.
Benedicite omnia o
pera domini dño:
laudate et ſuperexaltate eum
in ſecula. Benedicite an
geli domini dño: benedici
te celi dño. Benedicite a
que omnes que ſuper celos
ſunt dño: benedicite om̄es
uirtutes domino dño. Be

nedicite ſol et luna dño: be
nedicite ſtelle celi domino.
Benedicite imber et ros
domino: benedicite omnis
ſpiritus dei dño. Bene
dicite ignis et eſtus domino:
benedicite frigus et eſtas do
mino. Benedicite rores
et pruina dño: benedicite
gelu et frigus dño. Bene
dicite glacies et nives dño:
bñe noctes et dies domino.
Benedicite lux et tenebre
domino: bñe fulgura et nu

ues domino. B enedicat
terra dominũ: laudet et ſu
perexaltet eum in ſecula.
B enedicite montes ⁊ col
les domino: bñe uniuerſa
germinantia in terra dño.
B enedicite fontes dño:
benedicite maria et flumĩa
dño. B enedicite cete et
omnia que mouentur in a
quis dño: bñe omnes uo
lucres celi domino. B e
nedicite omnes beſtie et pe
cora dño: bñe filij hoĩum

dn̄o. B enedicat iſrael
dominū: laudet et ſupere
xaltet eum in ſecula. B e
nedicite ſacerdotes domi
ni dn̄o: bn̄e ſerui domini
dn̄o. B enedicite ſpiritꝰ
et anime iuſtorum domino:
bn̄e ſancti et humiles corde
dn̄o. B enedicite anania
azaria miſael dn̄o: laudate
et ſuperexaltate eum i ſecl'a.
B enedicamus patrem et
filium cum ſancto ſpiritu:
laudemus et ſuperexaltemꝰ

eum ſecula. Benedictus
es domine in firmamento
celi: et laudabilis et glori-
oſus et ſuperexaltatus ĩ ſe-
cula. Amen. aña. Benedic
ta filia tu a domino: quia
per te fructum uite commu
nicauimus. aña. Pulchra

Laudate do pſ. es.
minũ de celis: la
udate eum ĩ excelſis. La
udate eum omnes angeli
eius: laudate eum omnes
uirtutes eius. Laudate

eum ſol et luna: laudate eũ
omnes ſtelle et lumẽ. La
udate eum celi celorum: et
aque que ſuper celos ſunt
laudent nomen domini.
Quia ipſe dixit et facta
ſunt: ipſe mandauit et crea
ta ſunt. Statuit ea in eter
num et in ſeculum ſeculi: p̄
ceptum poſuit et nõ prete
ribit. Laudate eum de tẽ
ra dracones et omnes a
byſſi. Ignis grãdo nix
glacies ſpiritus procellarũ:

que faciunt uerbum eius.
Montes et omnes colles
ligna fructifera et omnes ce
dri. Beſtie et uniuerſa pe
cora: ſerpentes et uolucres
pénate. Reges terre et oẽs
populi: principes et omnes
iudices terre. Iuuenes
et uirgines ſenes cum iuni
oribus laudent nomẽ do
mini: quia exaltatũ eſt no
men eius ſolius. Cõfeſ
ſio eius ſuper celum et terrã:
et exaltauit cornu populi

ſui. Hymnus omnibus
ſanctis eius: filijs iſrael po
pulo appropinquāti ſibi.
Cantate domino canti
cum nouum: laus eius in
eccleſia ſanctorum. Lete
tur iſrael in eo qui fecit eum:
et filie ſyon exultent in rege
ſuo. Laudent nomē eiꝰ
in choro: in tympano ⁊ pſal
terio pſallant ei. Quia be
neplacitum eſt domino in
populo ſuo: et exaltauit
manſuetos in ſalutē. Exul

tabunt ſancti in gloria: leta
buntur in cubilibus ſuis.
Exultationes dei in gu
tture eorum: et gladij anci
pites in manibus eorum.
Ad faciendam uindictã
in nationibus: increpatio
nes in populis. Ad alli
gandos reges eorum in cõ
pedibus: et nobiles eorũ
in manicis ferreis. Ut fa
ciant in eis iudicium conſcri
ptum: gloria hec eſt õibus
ſanctis eius. Laudate

dominũ in ſanctis eius: la
udate eum in firmamento
uirtutis eius. Laudate
eum in uirtutibus eius: la
udate eum ſecundũ multi
tudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in ſono tu
be: laudate eum in pſalterio
et cythara. Laudate eũ
in tympano et choro: lau
date eum in chordis et orga
no. Laudate eum in cym
balis beneſonantibus lauda
te eum in cymbalis iubilati

omnis: omnis ſpiritus laudet
dominum. Gloria patri.
Sicut erat. aña. Pulchra
es et decora filia iheruſalem
terribilis ut caſtrorum aci
es ordinata. Capitulum.
Viderunt eam filie ſyon
et beatiſſimam pre
dicaverunt et regine lauda
verunt eam. Deo gratias.
O gloriosa Hymnus.
ſa domina excelſa
ſupra ſydera qui te creavit
provide lactaſti ſacro ubere.

Quod eua triſtis abſtulit tu reddis almo germine intrent ut aſtra flebiles celi feneſtra facta es. Tu regis alti ianua et porta lucis fulgida uitam datam per uirginem gentes redempte plaudite. Gloria tibi dñe q̄ natus es de uirgine cū patre et ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula Amen. ℣. Benedicta tu in mulieribꝫ. ℟. Et benedictus fructus uentris tui. aña. Beata dei gēi.

Canticum zacharie.

Benedictus dominꝰ
deus iſrael: quia ui
ſitauit et fecit redemptioē
plebis ſue. Et erexit
cornu ſalutis nobis: in do
mo dauid pueri ſui. Sic
locutus eſt per os ſanctoꝝ:
qui a ſeculo ſunt propheta
rum eius. Salutem ex i
nimicis noſtris: et de ma
nu omniū qui oderūt nos.
Ad faciendam miſeri
cordiam cum patribꝰ nr̄is:

et memorari teſtamenti ſui
ſancti. Iuſiurandū qd̄
iurauit ad abraham patrē
noſtrum: daturum ſe nob.
Ut ſine timore de manu
inimicorum noſtrorum li
berati: ſeruiamus illi. In
ſanctitate et iuſticia coram
ipſo: omnibus diebꝰ nr̄is.
Et tu puer propheta al
tiſſimi uocaberis: preibis
enim ante faciem domini
parare uias eius. Ad dā
dam ſcientiam ſalutis ple

bi eius: in remiſſioné pecca
torum eorum. Per uiſce
ra miſericordie dei noſtri: i
quibus uiſitauit nos oriés
ex alto. Illuminare his
qui in tenebris et in umbra
mortis ſedent: ad dirigen
dos pedes noſtros in uiam
pacis. Gloria pri. Sic.
aña. Beata dei genitrix ma
ria uirgo perpetua templũ
domini ſacrarium ſpiritus
ſancti: ſola ſine exemplo
placuiſti domino nr̃o ieſu

christo: ora pro populo i
terueni pro clero intercede
pro deuoto femineo sexu.
Kyrieleyson. Christeleysõ.
Kyrieleyson. ℣. Domine ex
audi orationem meam. ℟.
Et clamor meus ad te uẽiat.
Deus qui de Oratio.
beate marie uirginis
utero uerbum tuum ange
lo nunciante carnem susci
pere uoluisti: presta suppli
cibus tuis. ut qui uere eam
genitricem dei credimus eius

apud te intercessionibus
adiuvemur. Per dominũ
nr̃m iesum christũ filiũ tuũ.
Qui tecum. Commemorati
o de sanctis aña. Sancti
dei omnes intercedere di
gnemini pro nostra ōiũq;
salute. ℣. Letamini in dño
et exultate iusti. ℟. Et glo
riamini omnes recti corde.
Protege dñe Oratio.
populum tuum et
apostolorum tuorũ petri et
pauli et aliorũ apostolorũ

patrocinio confidẽtẽ per
petua defenſione conſerua.
Per dominũ. De ſcis. Oro.
Omnes ſancti tui q̃s
domine nos ubiq;
adiuuent: ut dum eorũ me
rita recolimus patrocinia ſẽ
tiamus: et pacem tuã nr̃is
concede temporibus: et ab
eccleſia tua cunctam repelle
nequitiam: iter actus et uo
luntates noſtras et omniũ
famulorum tuorũ in ſalutis
tue proſperitate diſpone:

benefactoribus nr̄is ſempi
terna bona retribue et om̄i
bus fidelibus defunctis re
quiem eternam concede. Per
dominū nr̄m iesū christum
filium tuum. Qui tecū uiuit.
Domine exaudi orationem
meam. Et clamor meus ad
te ueniat. Benedicamꝰ do
mino. Deo gratias. Fideliū
anime defunctorum per mi
ſericordiam dei requieſcant
in pace. Amen.

Ad primam.

Deus in adiutoriũ
meum intende.
Domine ad
adiuuandum me feſtina.
Gloria patri. Sic erat.
Memento Hymnus.
Salutis auctor q̄ nr̄i
quondam corporis ex illi
bata uirgine naſcendo formã
ſumpſeris. Maria mater
gratie mater miſericordie tu
nos ab hoſte protege ⁊ hora
mortis ſuſcipe. Gloria tibi
domine qui natus es de uir

gine cum patre et ſc̄o ſp̄u in ſempiterna ſecula. Amen.

aña. Aſſumpta eſt maria.

Deus in Pſalmus.
nomine tuo saluũ me fac: et in uirtute tua iudica me. Deus exaudi orationem meam: auribus percipe uerba oris mei. Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me et fortes queſierunt animã meã: et non propoſuerunt deum ante conſpectum ſuum. Ecce enī

deus adiuuat me: et domi
nus ſuſceptor eſt anime mee.
Auerte mala inimicis me
is: et in ueritate tua diſpde
illos. Voluntarie ſacrifi
cabo tibi et confitebor nōi
tuo domine: quoniā bonū
eſt. Quoniam ex omni ⁊
tribulatione eripuiſti me: ⁊
ſuper inimicos meos deſpe
xit oculus meus. Gloria
patri. Sicut erat. Pſalmꝰ.
Benedixiſti domine
terram tuam: auer

tiſti captiuitatē iacob. Re-
miſiſti iniquitatem plebis
tue: operuiſti omnia pēcca
eorum. Mitigaſti omnem
iram tuam: auertiſti ab ira
indignationis tue. Con-
uerte nos deus ſalutaris nr̄
et auerte iram tuam a nobis.
Nunquid in eternū iraſ-
ceris nobis: aut extendes
iram tuam a generatione in
generationem. Deus tu
conuerſus uiuificabis nos:
et plebs tua letabitur in te.

Oſtende nobis domine mi
ſericordiam tuam: et ſalu
tare tuum da nobis. Au
diam quid loquatur in me
dominus deus: quoniã lo
quetur pacem in plebẽ ſuaꝫ.
Et in ſanctos ſuos: et in
eos qui conuertũtur ad cor.
Verũtamen prope timen
tes eum ſalutare ipſius: ut
inhabitet gloria in terra nr̃a.
Miſericordia et ueritas
obuiauerunt ſibi: iuſticia ⁊
pax oſculate ſunt. Veri

tas de terra orta eſt: et iuſti
cia de celo proſpexit. Et
enim dominus dabit beni
gnitatem: et terra nr̃a dabit
fructum ſuum. Iuſticia ã
te eum ambulabit: et põet
in via greſſus ſuos. Glia
patri. Sicut erat. Pſalm.
Laudate dominũ oẽs
gentes: laudate eũ
omnes populi. Quoniã
confirmata eſt ſuper nos
miſericordia eius: et veritã
domini manet in eternum.

Gloria patri. Sicut e-
rat. aña. Aſſumpta eſt ma-
ria in celum gaudent ange-
li laudantes benedicūt dñm.
Que eſt Capitulum.
Iſta que progreditur
quaſi aurora conſurgens
pulchra ut luna, electa ut
ſol: terribilis ut caſtrorum
acies ordinata. Deo grãs.
℣. Dignare me laudare te ui-
go ſacrata. ℟. Da michi uir-
tem contra hoſtes tuos. Ky-
rieleyſon. Chriſteleyſon.

Kyrieleyſon. Domine exau
di orationem meam. Et
clamor meus ad te ueniat.
Deus qui uirgi Oro.
nalem aulam beate
marie uirginis in qua habi
tares elegere dignatus es:
da queſumus: ut ſua nos
defenſione munitos iocun
dos faciat ſue intereſſe cõ
memorationi. Qui uiuis et
regnas deus. Per omnia ſe
cula ſeculoꝝ. Amen. De ſcis
aña. Sancti dei omnes

intercedere dignemini pro
nr̃a omniumq; salute. ℣. Le
tamini in dño et exultate iu
sti. ℟. Et gloriamini oĩes
recti corde. Oratio.

Exaudi nos deus sa
lutaris noster: et
apostolorum tuorũ petri et
pauli et aliorum apostoloꝝ
nos tuere presidijs: quoꝝ
donasti fideles esse doctrinis.
Per dñm. n. i. x. filiũ. Oõ.

Omnes sancti tui q̃su
mus dñe nos ubiq;

adiuuent: ut dum eorũ me
rita recolimus patrocinia ſe
tiamus: et pacem tuam nr̃is
concede temporibus: et ab
eccl̃ia tua cunctam repelle
nequiciam: iter actus et uo
luntates noſtras et omnium
famulorũ tuorũ in ſalutis
tue proſperitate diſpone:
benefactoribus nr̃is ſempi
terna bona retribue et oĩm
bus fidelibus defunctis re
quiem eternam concede. P
dñm nr̃m. Dñe exaudi. Et

clamor. Benedicamus dño.
Deo gratias. Fidelium aĩe
per misericordiã dei requie
scant in pace. Amẽ. Ad tertiã.

Deus in adiutoriũ
meum intende.
Domine ad ad
iuuandum me festina. Glo
ria patri. Sicut. Hymnus.

Memento salutis au
ctor q̃ nr̃i quondã
corporis ex illibata uirgĩe
nascendo formam sũpseris.
Maria mater gratie mater

miſericordie tu nos ab hoſ
te protege et hora mortis
ſuſcipe. Gloria tibi dñe
qui natus es de virgine cū
patre et ſancto ſpũ in ſẽpi
terna ſecula. Amen. Aña.
Maria virgo aſſũpta. Pſal.
Ad dominũ cum tri
bularer clamaui: et
exaudiuit me. Domine
libera animam meam a labiiſ
iniquis: et a lingua doloſa.
Quid detur tibi aut q̃d
apponatur tibi: ad linguã

doloſam. Sagitte potē
tis acute: cum carbonibus
deſolatorijs. Heu michi
quia incolatus meus prolō
gatus eſt/ habitaui cum ha
bitantibus cedar: multum
incola fuit anima mea. Cū
his qui oderunt pacē eram
pacificus: cum loquebar il
lis impugnabant me gratis.
Gloria prī. Sicut erat.
Leuaui ocu Pſalmus.
los meos in mōtes:
unde ueniet auxiliū michi.

Auxilium meum a dño:
qui fecit celũ et terrã. Nõ
det in cõmotionẽ pedẽ tuũ:
neqꝫ dormitet qui cuſtodit
te. Ecce non dormitabit
neqꝫ dormiet: qui cuſtodit
iſrael. Dominus cuſtodit
te dominus protectio tua:
ſuper manum dexterã tuam.
Per diem ſol nõ uret te:
neqꝫ luna per noctem. Do
minus cuſtodit te ab omĩ
malo: cuſtodiat animã tuã
dñs. Dominus cuſtodiat

introitum tuum et exitum
tuum: ex hoc nunc et uſq; i
ſeculum. Gloria pr̄i et fi
lio. Sicut erat. Pſalmus.
Letatus ſum in his q̄
dicta ſunt michi:
in domum domini ibimus.
Stantes erant pedes nr̄i:
in atrijs tuis hieruſalem.
Hieruſalem que edificatur
ut ciuitas: cuius participa
tio eius in idipſum. Illuc
enim aſcenderunt tribus tri
bus domini teſtimonium

iſrael: ad confitendum nōi
domini. Quia illic ſede
runt ſedes in iudicio: ſedes
ſuper domum dauid. Ro
gate que ad pacem ſūt hie
ruſalem: et abundantia di
ligentibus te. Fiat pax
in uirtute tua: et abundātia
in turribus tuis. Propter
fratres meos et proximos
meos: loquebar pacem de
te. Propter domum dn̄i
dei noſtri: queſiui bona tibi.
Gloria patri. Sic erat.

aña. Maria uirgo aſſūpta ē
ad ethereum thalamum ī q̃
rex regum ſtellato ſedet ſo
E t ſic Capitulū. lio.
in ſyon firmata ſum
et in ciuitate ſanctificata ſi
militer requieui: et in hieru
ſalem poteſtas mea. Deo
gratias. ℣. Diffuſa eſt grã ī
labijs tuis. ℟. Propterea
benedixit te deus in eternū.
Kyrieleyſon. Chriſteleyſō.
Kyriel. Domine exaudi. Et
clamor meus. Oratio.

Deus qui ſalutis eter-
ne beate marie uir-
ginitate fecunda humano
generi p̄mia preſtitiſti: tri-
bue queſumus: ut ipſam
pro nobis intercedere ſen-
tiamus per quam meruimꝰ
auctorem uite ſuſcipere: do-
minū nr̄m ieſum chriſtū fili-
um tuum. Qui tecum uiuit
et regnat in unitate ſpiritꝰ
ſancti deus. Per omnia ſcl'a
ſcl'oꝝ. Amen. De omnibꝰ ſcīs
aña. Sancti dei omnes

intercedere dignemini pro
noſtra omniumqꝫ ſalute.
℣. Letamini in domino et
exultate iuſti. ℟ Et gloria
mini omnes recti corde. Or.
Protege dñe populũ
tuum et apoſtoloꝝ
tuorum petri et pauli et ali
orum apoſtoloꝝ patrocini
o confidentem perpetua de
fenſione conſerua. Per dñ
nrm ieſum chriſtum. Oratio.
Omnes ſancti tui quis
dñe nos ubiqꝫ adiu

uent: ut dum eorũ merita
recolimus patrocinia ſẽtia
mus: et pacem tuam nr̃is
concede temporibus: ⁊ ab
ecclesia tua cunctam repelle
nequiciam: iter actus et uo
luntates nr̃as et omniũ fa
mulorum tuorũ in ſalutis
tue proſperitate diſpone:
bñfactoribꝫ nr̃is ſempiter
na bona retribue et omĩbꝫ
fidelibus defunctis requiẽ
eternam concede. Per dñz
nr̃m ieſũ chriſtũ. Domine

exaudi. Et clamor. Benedi
camus dño. Deo grãs. Fide
lium anime per miām dei ſi
ne fine requieſcant in pace.
Amen. Ad ſextam.

Deus in adiutoriũ
meum intende.
Dñe ad adiu
uandum me feſtina. Glia
patri. Sicut erat. Hymnus.

Memento ſalutis auc
tor q̃ nr̃i quõdam
corporis ex illibata uirgine
naſcendo formam ſũpſeris.

Maria mater gratie mater
miſericordie tu nos ab hoſ
te protege et hora mortis ꝛ
ſuſcipe. Gloria tibi dñe
qui natus es de uirgine cũ
patre et ſancto ſpũ in ſẽpiter
na ſecula. Amen. añа. In o
dorem unguẽtoꝝ. pſalmꝰ.
Ad te leuaui oculos ꝛ
meos: qui habitas
in celis. Ecce ſicut oculi
ſeruorum: in manibus do
minorum ſuorũ. Sicut
oculi ancille in manibus

dominesue, ita oculi nostri
ad dominũ deum nostrũ:
donec misereatur nostri.
Miserere nostri dñe mise
rere nrĩ: quia multũ reple
ti sumus despectiõe. Quia
multũ repleta est aĩa nostra
opprobrium abundãtibus:
et despectio superbis. Glo
ria pñ. Sicut erat. Psal.
Nisi quia dominus e
rat in nobis dicat
nunc israel: nisi quia dñs e
rat in nobis. Cum exur

gerent homines in nos: for
te uiuos deglutiſſent nos.
Cum iraſceretur furor tu
us in nos: forſitã aqua ab
ſorbuiſſet nos. Torren
tem pertranſiuit anima nr̃a
forſitã pertranſiſſet aĩa nr̃a:
aquam intolerabilẽ. Be
nedictus dominus qui nõ
dedit nos: in captionem
dentibus eorum. Anima
noſtra ſicut paſſer erepta ẽ:
de laqueo uenantiũ. Laq
us contritus eſt: et nos li

berati ſumus. Adiutoriu͂
noſtru͂ in nomine domini:
qui fecit celu͂ et terra͂. Glia
patri. Sicut erat. Pſalmꝰ.
Qui confidunt in dn̄o
ſicut mons ſyon nō
commouebitur in eternum:
qui habitat in hieruſalem.
Montes in circuitu eius et
dominus in circuitu populi
ſui: ex hoc nunc et uſqꝫ in ſe
culum. Quia nō relinqͣt
dn̄s uirgam peccatoru͂ ſup
ſortem iuſtorum: ut nō ex

tendant iuſti ad iniquitateꝫ
manus ſuas. B enefac do
mine: bonis et rectis corde.
D eclinantes autē in obli
gationes adducet dn̄s cuꝫ
operantibus iniquitatem:
pax ſuper iſrael. G loria.
S icut erat. an̄a. In odo
rem unguentorū tuorū cur
rimus adoleſcentule dile
xerunt te nimis. Capituluꝫ.
E t radicaui in popu
lo honorificato, et
in partes dei mei hereditas

illius: et in plenitudine ſa
ctorum detentio mea. Deo
gratias. ℣. Benedicta tu in
mulieribus. ℟. Et bn̄s fru
ctus ventris tui. Kyrieley
ſon. Chriſtel'. Kyrieleyſon.
Domine exaudi. Et clamor.
Oro. Concede miſeri
cors deus fragilita
ti noſtre preſidium: ut qui
ſancte dei genitricis et virgi
nis marie memoriā agimus:
interceſſionis eius auxilio
a noſtris iniquitatibus re

ſurgamus. Per. De ſcis aña.

Sancti dei omnes interce
dere dignemini pro noſtra
omniumq; ſalute. ℣. Leta
mini in domino et exultate
iuſti. ℟. Et gloriamini omnes

Exau Orō. recti corde.
di nos deus ſalutaris
noſter: et apoſtolorū tuorū
petri et pauli et aliorū apoſ
tolorum nos tuere preſidiis
quorum donaſti fideles eſſe
doctrinis. Per dnm. Orō.

Omnes ſancti tui qſũs

dñe nos ubiq: adiuuẽt: ut
dum eorum merita recolimꝰ
patrocinia ſentiamus: et pa
cem tuam nr̃is concede tem
poribus: et ab eccleſia tua
cunctam repelle nequiciam:
iter: actus et uoluntates nr̃as
et omniũ famulorũ tuorũ ĩ
ſalutis tue proſperitate diſ
pone: benefactoribꝰ nr̃is
ſempiterna bona retribue:
et omnibus fidelibus defũ
ctis requiem eternã cõcede.
Per dñm. Dñe exaudi. Et

clamor. Benedicamus dño.
Deo gratias. Fidelium aie
per miam dei requiescant i
pace. Amen. Ad nonam.

Deus in adiutori
um meũ intēde.
Dñe ad adiu
uandum me festina. Glo
ria patri. Sicut erat. Hy.

Memento salutis auc
tor q̃ nři quondaz
corporis ex illibata uirgĩe
nascendo formam sũpseris
Maria mater gratie mater

mie tu nos ab hoſte prote
ge et hora mortis ſuſcipe.
Gloria tibi dñe qui natus
es de virgine cum patre et
ſancto ſpū in ſempiterna ſe
cula. Amen. aña. Pulchra
es et decora. Pſalmus.
In convertendo dñs.
captivitatem ſyon:
facti ſumus ſicut conſolati.
Tunc repletum eſt gaudi
um os noſtrum: et lingua
noſtra exultatione. Tunc
dicent inter gentes: magni

ficauit dominus facere cũ
eis. Magnificauit dn̄s fa
cere nobiſcum: facti ſumꝰ
letantes. Conuertere do
mine captiuitatem noſtrã:
ſicut torrens in auſtro. Qui
ſeminant in lachrymis: in e
xultatione metent. Eun
tes ibant et flebant: mittẽ
tes ſemina ſua. Ueniẽtes
autem uenient cum exulta
tione: portantes manipu
los ſuos. Gloria patri et
filio. Sicut erat. Pſalm̄.

Niſi dominus edifica
uerit domum: in ua
num laborauerunt qui edi
ficant eam. Niſi dominꝰ
cuſtodierit ciuitatem: fruſ
tra uigilat qui cuſtodit eã.
Uanum eſt uobis ante lu
cem ſurgere: ſurgite poſtq̄
ſederitis qui manducatis pa
nem doloris. Cum dede
rit dilectis ſuis ſomnū: ecce
hereditas domini filij mer
ces fructus uētris. Sicut
ſagitte in manu potentis: ita

filij excuſſorum. B eatus
uir qui impleuit deſideriu͂
ſuum ex ipſis: non confun-
detur cum loquetur inimi-
cis ſuis in porta. G loria
patri. S icut erat. pſalm͞.

B eati omnes qui ti-
ment dominum: q
ambulant in uijs eis. L a-
bores manuu͂ tuaru͂ quia
manducabis: beatus es et
bene tibi erit. U xor tua
ſicut uitis abundans: in la-
teribus domus tue. F ilij

tui ſicut nouelle oliuarum:
in circuitu menſe tue. Ecce
ſic benedicetur homo: qui
timet dominum. Benedi
cat tibi dominus ex ſyon:
et uideas bona hieruſalem
omnibus diebus uite tue.
Et uideas filios filiorum
tuorum: pacem ſuper iſrael.
Gloria patri. Sicut erat.
ana. Pulchra es et decora fi
lia hieruſalem terribilis ut
caſtrorum acies ordinata.
In plateis ſicut Ca.

cynamomũ et balſamum
aromatizans odorem dedi:
quaſi mirra electa dedi ſua
uitatem odoris. Deo grãs.
℣. Poſt partum uirgo inui
olata permanſiſti. ℟. Dei
genitrix intercede pro nob.
Kyrieleyſon. Xpeleyſon.
Kyrieleyſõ. Domine exau.
Et clamor meus. Oratio.
Famulorum tuorũ
q̃ſumus dñe deli
ctis ignoſce: ut qui tibi pla
cere de actibus noſtris nõ

ualemus genitricis filij tui
domini noſtri ieſu chriſti in
terceſſione ſaluemur. Per
dñm nr̃m ieſum chriſtum fi
liũ tuũ. Qui tecũ. De ſcis. an.
Sancti dei omnes interce
dere dignemini pro noſtra
omniumqꝫ ſalute. ℣. Leta
mini in domino et exultate
iuſti. ℟. Et gloriamini om̃s.
Preſta q̃ſumus Oratio.
omnipotens deus:
ut nullis nos permittas per
turbationibus concuti: q̃s

in apoſtolice confeſſionis
petra ſolidaſti. Per. Oratio.

Omnes ſancti tui quesumus do
mine nos ubique ad
iuvent: ut dum eorum merita
recolimus patrocinia ſentia
mus: et pacem tuam nostris conce
de temporibus: et ab eccleſia
tua cunctam repelle nequi
ciam: iter actus et volunta
tes noſtras et omnium famu
lorum tuorum in ſalutis tue
proſperitate diſpone: bene
factoribus noſtris ſempiterna

bona retribue: et omnibus
fidelibus defunctis requiem
eternam concede. Per dominum
nostrum iesum christum filium tuum.
Qui tecum. Domine exaudi orationem.
Et clamor. Benedicamus
domino. Deo gratias. Fidelium
anime per misericordiam dei
requiescant in pace. Amen.

Deus Ad vesperas.
in adiutorium me
um intende. Do
mine ad adiuvandum me
festina. Gloria patri et fi.

Sicut erat in pri. añ. Du
esset rex in accubi. Psalm⁹.
Dixit dominus dño
meo: sede a dext's
meis. Donec ponã ini
micos tuos: scabellum pe
dum tuorum. Uirgam
uirtutis tue emittet dñs ex
syon: dominare in medio
inimicorũ tuorũ. Tecũ
principiũ in die uirtutis
tue i splendoribus scõrũ:
ex utero ante luciferum ge
nui te. Iurauit dñs et

non penitebit eum: tu es ſa
cerdos in eternum ſecūdū
ordinem melchiſedech.
Dominus a dextris tu
is: confregit in die ire ſue
reges. Iudicabit in nati
onibus implebit ruinas:
conquaſſabit capita ī terra
multorum. De torrente
in via bibit: propterea e
xaltabit caput. Gloria
patri. Sicut erat. aña.
Dum eſſet rex in accubitu
ſuo nardus mea dedit odo

rem ſuauitatis. aña. Leua eiꝰ.
L audate ·pſalmꝰ.
pueri dominũ: lau
date nomen dñi. S it no
men domini benedictum:
ex hoc nunc et uſq; in ſclm.
A ſolis ortu uſq; ad occa
ſum: laudabile nomẽ dñi.
E xcelſus ſuper oms̃ gen
tes dominus: et ſup celos
gloria eiꝰ. Q uis ſic dñs
deus noſter qui in altis ha
bitat: et humilia reſpicit i
celo et in terra. S uſcitãs

a terra inopem: et de ſterco
re erigens pauperem. Ut
collocet eum cum principi
bus: cum pricipibus ppli
ſui. Qui habitare facit =
ſterilem in domo: matrem
filiorum letātem. Gloria
patri. Sicut erat in. aña.
Leua eius ſub capite meo =
dextera illius amplexabit
me. aña. Nigra ſum. Pſal.
Letatus ſum in his q̄
dicta ſunt michi: in
domum domini ibimus.

Stantes erant pedes nrī:
in atriis tuis hieruſalem.
Hieruſalem que edifica
tur ut ciuitas: cuius parti
cipatio eius in idipm. Il
luc enim aſcenderunt tribꝰ
tribus domini teſtimoniū
iſrael: ad confitendū nōi
domini. Quia illic ſede
runt ſedes in iudicio: ſedes
ſuper domū dauid. Roga
te que ad pacem ſunt hieru
ſalem: et abundantia dili
gentibus te. Fiat pax i

uirtute tua: et abundantia
in turribus tuis. Prop̄
fratres meos et proximos
meos: loquebar pacē de te.
Propter domū domini
dei nr̄i: quesiui bona tibi.
Gloria patri. Sic̄ erat.
aña. Nigra sum sed formo
sa filia hierusalem ideo dile
xit me rex et introduxit in
cubiculum suū. aña. Iam
hyems transiit. Psalmus.
Nisi dominus edifica
uerit domū: in ua

nium laborauerunt qui edi
ficant eam. Niſi dominꝰ
cuſtodierit ciuitatem: fruſ
tra uigilat qui cuſtodit eam.
Vanum eſt uobis ante
lucem ſurgere: ſurgite poſt
q̃: ſederitis qui manducatis
panem doloris. Cum de
derit dilectis ſuis ſomnum:
ecce hereditas domini filij
merces fructus uẽtris. Si
cut ſagitte in manu potẽtis:
ita filij excuſſorũ. Beatus
uir qui impleuit deſiderium

ſuum ex ipſis: non confun
detur cum loquetur inimicis
ſuis in porta. Gloria pri.
Sicut erat. aña. Iam hy
ems tranſiit imber abiit et re
ceſſit ſurge amica mea et ue
ni. aña. Speciosa. Pſalmus.
Lauda hieruſalē dñz:
lauda deū tuum ſyon.
Quoniam confortauit ſe
ras portarum tuarū: benedi
xit filijs tuis in te. Qui po
ſuit fines tuos pacem: et adi
pe frumenti ſatiat te. Qui

emittit eloquium ſuū terre:
uelociter currit ſermo eius.
Qui dat niuem ſicut lanā
nebulam ſicut cinerē ſpar
git. Mittit criſtallum ſuā
ſicut bucellas: ante faciem
frigoris eius quis ſuſtinebit.
Emittet uerbum ſuum et
liquefaciet ea: flabit ſpūs
eius et fluent aque. Qui
annunciat uerbum ſuū ia
cob: iuſticias et iudicia ſua
iſrael. Non fecit taliter
omni nationi: et iudicia ſū

non manifestauit eis. Glo
ria p̃ri. Sicut erat. aña.
Speciosa facta es et suauis
in delicijs tuis scã dei geni
trix. Ab initio Capi.
et ante secula creata
sum: et usq; ad futurũ secu
lum non desinam: et in ha
bitatione sancta corã ipso
ministraui. Deo grãs. Hym.
Aue maris stella dei
mater alma atq;
Nolite confidere in prin
cipibus: neq3 in filijs hõi
num in quibus non ẽ ſalꝰ.
Exibit ſpiritus eius et
reuertetur in terram ſuaȝ:
in illa die peribũt omnes
cogitationes eorum. Be
atus cuius adiutor deꝰ ia
cob ſpes eius in domino
deo ipſius: qui fecit celuȝ
et terram mare et omnia
que in eis ſunt. Qui

custodit ueritatem in sclꝫ
fecit iudicium iniuriam
patientibus: dat escam
esurientibus. Dominꝰ
soluit compeditos: dn̄s
illuminat cecos. Dn̄s
erigit elisos: dn̄s dirigit
iustos. Dn̄s custodit
aduenas pupillum et ui
duam suscipiet: et uias
peccatorum disperdet.
Regnabit dominus
in secula deus tuus syon:
in generatione et genera

tionem. R equiem eter-
nam dona eis dn̄e. versus.
Requiescant in pace. R.
Amen. v. A porta inferi. R.
Erue domine animas eo-
rum. v. Domine exaudi
orationem. R. Et clamor
meus ad te ueniat. Or̄o.
Deus qui inter apl̄i-
cos sacerdotes fa-
mulos tuos pontificali
seu sacerdotali fecisti di-
gnitate uigere: presta q̄s.
ut eorum quoq; ꝑpetuo

aggregentur consortio.
Per dominũ nr̃m iesum
christum. Qui tecũ viui
et in unitate sp̃us ſancti deus
per omnia secula ſclorum.

Deus venie oratio.
largitor et huma
ne salutis amator q̃sumus
clementiam tuã: ut nr̃e
cõgregationis fratres ſo
rores parentes amicos et
benefactores nr̃os qui ex
hoc ſeculo tranſierunt:
beata maria ſemper vir

gine intercedente cū omni
bus ſanctis tuis: ad perpe
tue beatitudinis conſorti
um peruenire concedas. P
dominū nr̄m ieſū chriſtū
filium tuum. Qui tecum.

Fidelium deus Oratio.

omnium conditor
et redemptor animabus
famulorum famularū q;
tuarum remiſſionem cun
ctorum tribue peccatorū:
ut indulgentiam quā ſēper
optauerint pijs ſupplica

nibus conſequantur.
Qui uiuis et regnas deus.
per omnia ſecula ſeculorum.
Amen. Domine exaudi o
rationem meam. Et clamor
meus ad te ueniat. Bene
dicamus dño. Deo gratias.
Fidelium anime per mīam
dei requieſcant in pace. Amen.
Ad matutinum. Inuitatorium.
Regem cui omnia uiuunt.
P. Venite adoremus. Ps.
Venite exultemus
domino iubilemus

deo ſalutari nr̃o: preoccu
pemus faciem eius in cō
feſſione: et in pſalmis iu
bilemus ei. Regem cui ō
nia uiuunt. Quoniam
deus magnus dominus ⁊
rex magnꝰ ſuper omnes de
os: quoniā non repellet do
minus plebem ſuam: q̄a ī
manu eiꝰ ſunt omnes finē
terre: et altitudines monti
um ipſe conſpicit. Venite
adoremus. Quoniā ipi
us eſt mare et ipſe fecit il

lud et aridam fundauerūt
manus eius: uenite adore
mus et procidamus ante de
um: ploremus coram dn̄o
qui fecit nos: quia ipse ē
dominus deus noster: nō
autem populus eius et o
ues pascue eius. Regē cui
omnia uiuunt. Hodie
si uocem eius audieritis no
lite obdurare corda uestra
sicut in exacerbatione se
cundū diem temptatiōis
in deserto ubi temptauerūt

me patres uri probauerūt
et uiderunt opera mea.
Venite adorem⁹. Qua
draginta annis proxim⁹
fui generationi huic et di
xi semper hi errant corde:
ipsi uero non cognouerūt
uias meas quibus iura
ui in ira mea: si introibūt
in requiem meam. Regez
cui omnia uiuūt. Req
em eternam dona eis do
mine et lux perpetua luce
at eis. Regem cui omīa ui

niunt: uenite adoremus.
In primo nocturno añ. Di
rige domine. Psalmus.
Verba mea auribus
percipe domine: i
tellige clamorem meum.
Intende uoci oratiõis
mee: rex meus et deꝰ meꝰ.
Quoniam ad te orabo
domine: mane exaudies
uocem meam. Mane as
tabo tibi et uidebo: quõi
am non deus uolens ini
quitatem tu es. Neqꝫ

habitabit iuxta te mali-
gnus: neq; permanebunt
iniuſti ante oculos tuos.
Odiſti omnes qui operã-
tur iniquitatem: perdes oẽs
qui loquuntur mendaciu;.
Virum ſanguinũ et do-
loſum abominabitur do-
minus: ego autẽ in multi-
tudine miſericordie tue.
Introibo in domũ tuã:
adorabo ad templũ ſãctu;
tuum in timore tuo. Do-
mine deduc me in iuſticia

tua propter inimicos me-
os: dirige in conſpectu tu[o]
uiam meam. Quoniam
nõ eſt in ore eorum ueritã:
cor eorum uanum ẽ. Se-
pulchrum patens ẽ guttur
eorum linguis ſuis dolo-
ſe agebant: iudica illos
deus. Decidant a cogi-
tationibus ſuis ſecundum
multitudinem impietatũ
eorum: expelle eos quoni-
am irritauerunt te dñe.
Et letentur omnes q̇

sperant in te: in eternum
exultabunt et habitabis
in eis. Et gloriabuntur
in te omnes qui diligũt
nomen tuum: quoniam
tu benedices iusto. Do
mine ut scuto bone volũ
tatis tue coronasti nos.
Requiem eternam. añ.
Dirige domine deus meus
in conspectu tuo viã meã.
aña. Convertere. Psalmus.
Domine ne in furore
tuo arguas me.

neqꝫ in ira tua corripias
me. Miſerere mei dñe
quoniam infirmus ſum:
ſana me domine quoniam con
turbata ſunt oſſa mea.
Et anima mea turbata
eſt ualde: ſed tu domine
uſqꝫ quo. Conuertere
dñe et eripe animam meã:
ſaluum me fac propter mi
ſericordiam tuam. Quia
non eſt in morte qui me
mor ſit tui: in inferno autẽ
quis confitebitur tibi. La

borauí in gemitu meo laua
bo per ſingulas noctes le
ctum meum: lachrymis
meis ſtratum meum riga
bo. Turbatus eſt a fu
rore oculus meus: inuete
raui inter omnes inimicos
meos. Diſcedite a me
omnes qui operamini ini
quitatem: quoniá exaudi
uit dominus uocem fletus
mei. Exaudiuit dñs de
precationem meam: dñs
orationem meá ſuſcepit.

Erubeſcant et conturbē
tur uehementer omnes i
nimici mei: conuertantur
et erubeſcant ualde ueloci
ter. Requiem eternam
dona eis domine: et lux p
petua luceat eis. antiphoñ.
Conuertere domine et eri
pe animam meam: qm̄ nō
eſt in morte qui memor ſi
tui. aña. Nequando. ps.
Domine deus meus
in te ſperaui ſaluū
me fac: et omnibus perſe

quentibus me et libera me.
Nequando rapiat ut le
o animam meam: dum nõ
est qui redimat neq; q̃ sal
uum faciat. Domine deus
meus si feci istud: si est ini
quitas in manibus meis.
Si reddidi retribuentib;
michi mala: decidam me
rito ab inimicis meis ina
nis. Persequatur ini
micus meus animã meã:
et comprehendat et cõcul
cet in terra uitam meã: et

gloriam meã in puluerẽ
deducat. Exurge dñe
in ira tua: et exaltare in fi
nibus inimicorũ meorũ.
Et exurge domine deꝰ
meus in precepto qđ mã
daſti: et ſynagoga popu
lorum circumdabit te.
Et propter hanc in al
tum regredere: dominus
iudicat populos. Iu
dica me domine ſecundũ
iuſticiam meam: et ſecũ
dum innocentiam meam

ſuper me. Conſumetur
nequitia peccatorum et di
riges iuſtum: ſcrutās cor
da et renes deus. Iuſ
tum adiutorium meum a
domino: qui ſaluos facit
rectos corde. Deus iu
dex iuſtus fortis et patiens:
nunquid iraſcetur per ſin
gulos dies. Niſi cōuer
ſi fueritis gladium ſuum ui
brauit arcum ſuū tetendit
et parauit illum. Et in
eo parauit uaſa mortis: ſa

gittas ſuas ardẽtibus effecit.
Ecce parturiit iuſticiã cõ
cepit dolorem: et peperit
iniquitatem. Lacum a
peruit et effodit eum: et in
cidit in foueam quã fecit.
Conuertetur dolor eius
in caput eius: et in uerticẽ
ipſius iniquitas eius deſcẽ
det. Confitebor domino
ſecundum iuſticiam eius: et
pſallam nomini dñi altiſſi
mi. Requiem eternã do
na eis dñe. aña. Nequãdo

rapiat ut leo animã meam
dum non eſt qui redimat
neq; qui ſaluum faciat. ℣.
A porta inferi. ℟. Erue do
mine animas eorum. Pat
noſter. Et ne nos inducas
in tentationem. Sed libera.

Lectio prima.

Parce michi domine: ni
chil enim ſunt dies mei.
Quid eſt homo quia ma
gnificas eum: aut quid ap
ponis erga eum cor tuum?
Viſitas eum diluculo: et

ſubito probas illum. Uſq;
quo non parcis michi: nec
dimittis me ut glutiam ſa
liuam meam: Peccaui. Q'd
faciam tibi o cuſtos homi
num: Quare poſuiſti me
contrariu͂ tibi: et factus ſu͂
michi metipſi grauis: Cur
non tollis peccatum meu͂:
et quare non aufers iniq̄
tatem meam: Ecce nunc in
puluere dormiam: et ſi m̄
ne me queſieris non ſubſiſ
tam. ℟. Credo q' rede͂

ptor meus uiuit et in noui
ſimo die de terra ſurrecturus
ſum. ℟. Et in carne mea ui
debo deum ſaluatorē meū.
℣. Quem uiſurus ſum ego
ipſe et non alius et oculi
mei conſpecturi ſunt. ℟. Et
in carne mea. Lectio ſecūda.

Tedet animam meã
uite mee dimittam
aduerſum me eloquiū me
um. Loquar in amaritudi
ne anime mee: dicam deo
noli me condemnare. In

dica michi cur me ita iudi
ces. Nunquid bonū tibi
uidetur si calumnieris et
opprimas me opus ma
nuum tuarum: et consiliū
impiorum adiuues: Nū
quid oculi carnei tibi sunt
aut sicut uidet homo et tu
uidebis: Nunquid sicut
dies hominis dies tui et
anni tui sicut humana sūt
tempora: Ut queras ini
quitatem meam et pecca
tum meum scruteris. Et

ſcias quia nichil impiū fe-
cerim: cum ſit nemo qui d̄
manu tua poſſit eruere. ℟.
Qui lazarum reſuſcitaſti
a monumento fetidum. p̄.
Tu eis domine dona req-
uiem et locum indulgētie. ℣.
Qui uenturus es iudicare
uiuos et mortuos et ſecu-
lum per ignem. p̄. Tu eis.
Manus Lectio tertia.
tue fecerunt me et
plaſmauerunt me totum
in circuitu: et ſic repente

precipitas me. Memento
queſo q̃ ſicut lutum fecerī
me: et in puluerem reduces
me. Nonne ſicut lac mulſi
ſti me: et ſicut caſeum me
coagulaſti: Pelle et carnibꝫ
ueſtiſti me: oſſibus et ner
uis compegiſti me. Vitaꝫ
et miſericordiã tribuiſti mĩ:
et uiſitatio tua cuſtodiuit
ſpiritum meum. ℞. D o
mine quando ueneris iu
dicare terram ubi me abſ
condam a uultu ire tue. ℣.

Quia peccaui nimis in ui-
ta mea. ℣. Cōmiſſa mea pa-
ueſco et ante te erubeſco ⁊
dum ueneris iudicare no-
li me condemnare. ℟. Quia
peccaui nimis. In .ij. noct. an.
In loco paſcue. Pſalmus.

Dominus regit me
et nichil michi de-
erit: in loco paſcue ibi me
collocauit. Super aq̄m
refectionis educauit me:
animā meam conuertit.
Dedux̄ me ſuper ſemitas

iuſticie: propter nomen ſu-
um. Nam et ſi ambulaue-
ro in medio umbre mortis
non timebo mala quoniā
tu mecum es. Uirga tua
et baculus tuus: ipſa me
conſolata ſunt. Paraſti
in conſpectu tuo menſam:
aduerſus eos qui tribulāt
me. Impinguaſti in oleo
caput meum: et calix meus
inebrians q̄ꝫ preclarus eſt.
Et miſericordia tua ſub-
ſequetur me: omnibus di-

ebus uite mee. Et ut in
habitem in domo domini
in longitudine dierum.
Requiem eternam. an̄a.
In loco pascue ibi me collo
cauit. an̄a. Delicta. Psalm̄.
Ad te domine leua
ui animam meā:
deus meus in te confido n̄
erubescam. Neqȝ irride
ant michi inimici mei: et
enim qui sustinent te non
confundentur. Confi
dantur omnes iniqua agē

tes: superuacue. Uias
tuas domine demonstra
michi: et semitas tuas e
doce me. Dirige me in
ueritate tua et doce me: q
tu es deus saluator meus et
te sustinui tota die. Re
miniscere miserationũ tua
rum domine: et misericor
diarũ tuarum que a seclo
sunt. Delicta iuuentu
tis mee: et ignorantias me
as ne memineris. Secũ
dum misericordiam tuam

memento mei tu: propter
bonitatem tuam domine.
Dulcis et rectus dñs:
propter hoc legem dabit
delinquentib9 in uia. Di
riget manſuetos in iudici
o: docebit mites uias ſuas.
Vniuerſe uie domini mi
ſericordia et ueritas requi
rentibus teſtamentum ei9
et teſtimonia eius. Pro
pter nomen tuum domine
propitiaberis peccato m̃o:
multum eſt enim. Quis

eſt homo qui timet dñm:
legem ſtatuit ei in via quã
elegit. Anima eius in
bonis demorabitur: et ſe
men eius hereditabit terrã.
Firmamentum eſt dñs
timentibus eum: et teſtamẽ
tum ipſius ut manifeſtetur
illis. Oculi mei ſemper
ad dominũ: quoniã ipſe
euellet de laqueo pedes
meos. Reſpice in me et
miſerere mei: quia unicus
et pauper ſum ego. Tri

bulationes cordis mei
multiplicate ſunt: de ne-
ceſſitatibus meis erue me.
Vide humilitatem meā
et laborem meum: et dimit-
te uniuerſa delicta mea.
Reſpice inimicos meos
quoniam multiplicati ſūt:
et odio iniquo oderūt me.
Cuſtodi animā meā et
eripe me: non erubeſcam
quoniam ſperaui i te. In-
nocentes et recti adheſerūt
michi: quia ſuſtinui te.

Libera deus israel: ex oi-
bus tribulatiõibꝫ suis.
Requiem eternã. añ.
Delicta iuuentutis mee et
ignorantias meas ne me-
mineris dñe. añ. Credo.
Dominus Psalmus.
illuminatio mea:
et salus mea quem timebo.
Dominus protector ui-
te mee: a quo trepidabo.
Dum appropiant sup
me nocentes: ut edãt car-
nes meas. Qui tribulãt

me inimici mei: ipſi infir
mati ſunt et ceciderunt.
Si conſiſtant aduerſuꝫ
me caſtra: non timebit
cor meum. Si exurgat
aduerſum me prelium: in
hoc ego ſperabo. Unam
petij a domino hanc req̄
ram ut inhabitē in domo
domini: omnibus diebꝫ
uite mee. Et uideā uo
luntatem domini: et ui
ſitem templum eiꝰ. Quo
niam abſcondit me in ta
bernaculo ſuo in die ma

lorum: protexit me in
abſcondito tabernaculi
ſui. In petra exaltauit
me et nunc exaltauit ca
put meum: ſuper inimi
cos meos. Circuiui et
immolaui in tabernaculo
eius hoſtiam uociferatio
nis: cantabo et pſalmum
dicam domino. Exau
di domine uocem meam
qua clamaui ad te: miſe
rere mei et exaudi me.
Tibi dixit cor meum
exquiſiuit te facies mea:

faciem tuam dñe req̄ram.
Ne auertas faciem tuã
a me: ne declines in ira a
ſeruo tuo. Adiutor me
us eſto domine ne dereli
quas me: neq; deſpicias
me deus ſalutaris meus.
Quoniam pater meus
et mater mea dereliq̄runt
me: dominus autẽ aſſum
pſit me. Legem pone
michi domine in via tua:
et dirige me in ſemita re
cta propter inimicos me
os. Ne tradideris me

in animas tribulantium me quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: et mentita est iniquitas sibi. Credo uidere bona domini: in terra uiuentium. Expecta dominum uiriliter age et confortetur cor tuum: et sustine dominum. Requiem eternam. aña. Credo uidere bona domini in terra uiuentium. ỽ. Collocet eos dominus cum principibus. ℞. Cum principibus populi sui. Pater noster.

Et ne nos. Sed libera nos.

Reſpon Lectio. iiij.
de michi quãtas
habeo iniquitates et pec
cata ſcelera mea atq; deli
cta oſtende michi. Cur fa
ciem tuam abſcondis et
arbitraris me inimicũ tu
um: Contra folium quod
uento rapitur oſtẽdis po
tentiam tuam: et ſtipulã
ſiccam perſequeris. Scri
bis enim contra me amari
tudines: et conſumere me

nis peccatis adoleſcentie
mee. Poſuiſti in neruo pe
dem meum/ et obſeruaſti
omnes ſemitas meas: et
ueſtigia pedum meorũ cõ
ſideraſti: Qui quaſi putre
do conſumendus ſum: et
quaſi ueſtimentum quod
comeditur a tinea. ℟m.
Memento mei deus q̃a
uentus eſt uita mea. p. Nec
aſpiciet me uiſus homĩs.
℣. De profundis clamaui
ad te domine dñe exaudi

uocem meam. ℣. Nec aspi.

Lectio .v.

Homo natus de muliere breui uiuens tempore repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur et cōteritur, et fugit uelut umbra: et nunquā in eodem statu permanet. Et dignū ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos: et adducere eum tecum in iudicium. Quis potest facere mundū de immundo con

ceptum ſemine: nõne tu
qui ſolus es: Breues di
es hominis ſunt: nume
rum menſium eius apud
te eſt. Conſtituiſti termi
nos eius qui preteriri nõ
poterunt. Recede ergo
paululum ab eo ut quieſ
cat donec optata ueniat
ſicut mercenarij dies eius.
℞. Heu michi dñe quia
peccaui nimis in uita mea
quid faciam miſer ubi fu
giam niſi ad te deus meus

miſerere mei. ℞. Dum ue-
neris in nouiſſimo die. ℣.
Anima mea turbata eſt ual-
de ſed tu domine ſuccur-
re ei. ℞. Dum ueneris in.
uiſſimi. Lectio .vj.
Quis michi hoc tribuat ut
in inferno protegas me: et
abſcondas me donec trá-
ſeat furor tuus: et conſti-
tuas michi tempus in quo
recorderis mei? Putas ne
mortuus homo rurſú ui-
uat? Cunctis diebus quibus

nunc milito expecto do-
nec ueniat immutatio mea.
Vocabis me: et ego respõ-
debo tibi. Operi manuum
tuarum porriges dexterã.
Tu quidem gressus meos
dinumerasti: ſed parce pec-
catis meis. ℟. Ne recorde-
ris peccata mea domine. ℣.
Dum ueneris iudicare ſe-
culum per ignem. ℣. Diri-
ge domine deus meus in
conſpectu tuo uiam meã.
℣. Dum ueneris. In tertio

nocturno aña. Cõplaceat.
E xpectãs psalmus.
expectaui dominũ:
et intendit michi. E t ex
audiuit preces meas: et
eduxit me de lacu miserie
et de luto fecis. E t sta
tuit supra petram pedes me
os: et direxit gressus meos.
E t immisit in os meũ
canticum nouum: carmen
deo nostro. V idebunt
multi et timebunt: et spe
rabunt in domino. B ea

tus uir cuius eſt nomen
domini ſpes eius: et non
reſpexit in uanitates et i
ſanias falſas. Multa fe
ciſti tu domine deus meus
mirabilia tua: et cogitatio
nibus tuis non eſt qui ſi
milis ſit tibi. Annunci
aui et locutus ſum: multi
plicati ſunt ſuper numerū.
Sacrificium et oblatio
nem noluiſti: aures autē
perfeciſti michi. Oloca
uſtum et pro peccato non

postulasti: tunc dixi ecce
uenio. In capite libri
scriptum est de me ut face
rem uoluntatem tuã deus
meus uolui: et legem tuã
in medio cordis mei. An
nunciaui iusticiam tuam i
ecclesia magna: ecce labia
mea nõ prohibebo domi
ne tu scisti. Iusticiã tuã
nõ abscondi in corde mo:
ueritatem tuam et salutare
tuum dixi. Non abscõ
di misericordiam tuam et

ueritatem tuam: a conſilio
multo. Tu autem dñe
ne longe facias miſerati
ones tuas a me: miſeri cor
dia tua et ueritas tua ſẽper
ſuſceperunt me. Quonĩ
am circumdederunt me mĩ
la quorum non eſt nume
rus: comprehenderũt me
iniquitates mee et nõ po
tui ut uiderem. Multi
plicate ſunt ſuper capillos
capitis mei: et cor meũ de
reliquit me. Cõplaceat

tibi domine ut eruas me:
domine ad adiuuandu͂
me respice. Confundā
tur et reuereantur simul q
querunt animam meam:
ut auferant eam. Con
uertantur retrorsum et re
uereantur: qui uolunt mi
chi mala. Ferant cōfes
tim confusionem suam:
qui dicunt michi euge e
uge. Exultent et leten
tur super te omnes querē
tes te: et dicant semp̄ ma

gnificetur dominus qui
diligunt salutare tuum.
Ego autem mendicus
sum et pauper: dominus
sollicitus est mei. Ad
iutor meus et protector
meus es tu: deus meus ne
tardaueris. Requiem
eternam dona eis dñe: et
lux. aña. Complaceat ti
bi domine ut eruas me
dñe ad adiuuandum me
respice. aña. Sana dñe
animã meã. Psalmus.

Beatus uir qui intel
ligit ſuper egenuꝫ
et pauperem: in die mala
liberabit eum dominus.
Dominus conſeruet e
um et uiuificet eum et bea
tum faciat eum in terra: et
non tradat eum in animã
inimicorum eius. Do
minus opem ferat illi ſu
per lectum doloris eius:
uniuerſum ſtratum eius
uerſaſti in infirmitate eiꝰ.
Ego dixi domine mi

ſerere mei: ſana animam meam quia peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala michi: quando morietur et peribit nomen eius. Et si ingrediebatur ut uideret uana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatē ſibi. Egrediebatur foras: et loquebatur in idipſum. Aduērſum me ſuſurrabant oīs inimici mei: aduerſū me cogitabant mala michi.

Verbum iniquum conſ
tituerunt aduerſum me:
nunquid qui dormit nō
adijciet ut reſurgat. Et
enim homo pacis mee in
quo ſperaui qui edebat pa
nes meos: magnificauit ſr
me ſupplantationē. Tu
autem domine miſerere
mei et reſuſcita me: et re
tribuam eis. In hoc co
gnoui quoniam uoluiſti
me: quoniā non gaudebi
inimicus meus ſuper me.

Me autem propter inno
centiam ſuſcepiſti: et con
firmaſti me in conſpectu
tuo in eternum. Bene
dictus dominus deus iſ
rael a ſeculo et in ſeculuꝫ
fiat fiat. Requiem eter
nam dona eis domine. ℣.
Sana domine animā meā
quia peccaui tibi. Aña. Si
tiuit anima mea. Pſalmꝰ.
Quemadmodū deſi
derat ceruus ad fō
tes aquarum: ita deſide

rat anima mea ad te de9.
Sitiuit anima mea ad
deum fontem uiuū: q̄n
do ueniam et apparebo
ante faciem dn̄i. Fue
runt michi lachryme mē
panes die ac nocte: du3
dicitur michi quotidie
ubi est deus tuus. Hec
recordatus sum et effu
di in me animam mea3:
quoniam transibo in lo
cum tabernaculi admira
bilis usq3 ad domū dei.

In uoce exultationis
et confessionis: sonus e-
pulantis. Quare tristis
es anima mea: et quare
conturbas me. Spera
in deo quoniam adhuc
confitebor illi: salutare
uultus mei et deus meus.
Ad me ipsum aĩa mea
conturbata est: propterea
memor ero de terra ior-
danis et hermonij a mõ-
te modico. Abyssus
abyssum inuocat: in uo

et cataractarum tuarum.
Omnia excelſa tua et
fluctus tui: ſuper me trā
ſierunt. In die mādauit dominus miſericor
diam ſuam: et nocte canti
cum eius. Apud me o
ratio deo uite mee: dicam
deo ſuſceptor meus es.
Quare oblitus es mei
et quare contriſtatus ince
do: dum affligit me ini
micus. Dum confrin
guntur oſſa mea expro

brauerunt michi: qui tri-
bulant me inimici mei.
Dum dicunt michi p
singulos dies: ubi est de-
us tuus. Quare tristis
es anima mea: et quare cō-
turbas me. Spera in deo
quoniam adhuc: confi-
tebor illi: salutare vultus
mei et deus meus. Re-
quiem eternam dona eis
domine. aña. Sitivit aīa
mea ad deum fontem vi-
vum quando veniam et

apparebo ante faciē dñi.
℣. Ne tradas beſtijs aīas
confitentes tibi. ℟. Et a
nimas pauperum tuorū
ne obliuiſcaris in finem.
Pater noſter. Et ne nos.
Sed libera nos. Lcō. vij.
Spiritus meus atte
nuabitur dies mī
breuiabuntur: et ſolū mi
chi ſupereſt ſepulchrum.
Non peccaui et in amaritu
dinibus moratur oculus
meus. Libera me domine

et pone me iuxta te: et
cuiuſuis manus pugnet
contra me. Dies mei tran
ſierunt cogitationes mee
diſſipate ſunt torquentes
cor meum. Noctem uerte
runt in diem: et rurſum
poſt tenebras ſpero lucem.
Si ſuſtinuero infernus do
mus mea eſt: et in tenebris
ſtraui lectulum meum. Pu
tredini dixi. Pater meus
es mater mea: et ſoror
mea uermibus. Ubi eſt

ergo nunc preſtolatio ⁊
mea et patientia mea tu
es domine deus meus.

℟. Peccantem me quo
tidie et non me penitentē
timor mortis conturbat
me. ℣. Quia in inferno ⁊
nulla eſt redemptio: miſe
rere mei deus et ſalua me.

℣. Deus in nomine tuo ſal
uum me fac et in uirtute
tua libera me. ℣. Quia in i.

Pelli me Lectio. viij.
conſumptis carni

bus adheſit os meum: et
derelicta ſunt tantummo
do labia mea circa dentes
meos. Miſeremini mei
miſeremini mei ſaltē uos
amici mei: quia manus do
mini tetigit me. Quare ꝑ
ſequimini me ſicut deus:
et carnibus meis ſatura
mini? Quis michi tribu
at: ut ſcribantur ſermo
nes mei? Quis michi det
ut exarentur in libro ſtil
lo ferreo: aut plumbi la

mina uel celte ſculpātur i
ſilice. Scio enim q redē
ptor meus uiuit: et in no
uiſſimo die de terra ſurre
cturus ſum et rurſum cir
cundabor pelle mea et in
carne mea uidebo deum
ſaluatorem meum. Quē
uiſurus ſum ego ipſe et
oculi mei cōſpecturi ſunt
et non alius. Repoſita
eſt hec ſpes mea in ſinu
meo. R. Domine ſecū
dum actum meum noli

me iudicare nichil dignū
in conſpectu tuo egi. ideo
deprecor maieſtatem tuā.
℟. Ut tu deus deleas ini
quitatem meam. ℣. Ampli
us laua me domine ab in
iuſticia mea et a delicto
meo munda me. ℟. Ut tu.

Quare de Lectio nona.
uulua eduxiſti me
qui utinam conſumptꝰ
eſſem ne oculus me uide
ret. ffuiſſem quaſi nō eſſē
de utero trāſlatus ad tu

mulum. Anteq̄ paucitas
dierum meorum finietur
breui: Dimitte ergo me
domine ut plangam pau
lulum dolorem meum ā
teq̄ uadam et nõ reuertar
ad terram tenebroſam: et
opertam mortis caligine.
Terram miſerie et tenebra
rum ubi umbra mortis et
nullus ordo ſed ſempiter
nus horror inhabitat. ℟.
Libera me domine de
uijs inferni qui portas e

reas confregiſti. et uiſitaſ
ti infernum: et dediſti eis
lumen ut uiderent te. ℟.
Qui erant in penis tenebra
rum. ℣. Clamantes et di
centes adueniſti redēptor
noſter. ℟. Qui erāt. ℣ Re
quiem eternam dona eis
domine et lux perpetua lu
ceat eis. ℟. Qui erant. ℟.
Libera me domine de
morte eterna in die illa
tremenda. ℟. Quando ce
li mouendi ſunt et terra.

℟. Dum ueneris iudicare
seculum per ignem. ℣. Tre
mens factus sum ego et
timeo dum discussio ue
nerit atq; uentura ira. ℟.
Quando celi. ℣. Dies illa
dies ire calamitatis et mi
serie dies magna et ama
ra ualde. ℟. Dum uene. ℣.
Requiem eternam dona
eis domine et lux perpe
tua luceat eis. ℟. Libera
me domine. In laudibus
añ. Exultabũt. Psalmus.

Miserere mei deus: secundum magnam misericordiā tuā.
Et secundū multitudinem miserationū tuarum: dele iniquitatē meam. Amplius lava me ab iniquitate mea: et a peccato meo mūda me.
Quoniam iniquitatē meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccavi et malum corā

re feci: ut iuſtificeris i ſer
monibus tuis et uincas
cum iudicaris. Ecce e
nim in iniquitatibus cō
ceptus ſum: et in peccatis
concepit me mater mea.
Ecce enim ueritatē di
lexiſti: in certa et occulta
ſapientie tue manifeſtaſ
ti michi. Aſperges me
yſopo et mundabor: laua
bis me et ſuper niuem de
albabor. Auditui mo
dabis gaudium et leticiā:

et exultabunt oſſa humi
liata. Auerte faciē tuā
a peccatis meis: et om̄s
iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in
me deus: et ſpiritū rectū
innoua in uiſceribꝫ meis.
Ne proiicias me a fa
cie tua: et ſpiritum ſcm̄
tuum ne auferas a me.
Redde michi leticiā
ſalutaris tui: et ſpiritu
principali confirma me.
Docebo iniquos uias
tuas

et impij ad te conuertent.
Libera me de ſanguinibꝰ
deus deus ſalutis mee: et
exultabit lingua mea iuſ
ticiam tuam. Domine
labia mea aperies: et os
meum annunciabit lau
dem tuam. Quoniam ſi
uoluiſſes ſacrificium de
diſſem: utiq; olocauſtis
non delectaberis. Sa
crificium deo ſpiritus cō
tribulatus: cor contritū
et humiliatum deus nō

deſpicies. Benigne fac domine in bona uolūtate tua ſyon: ut edificentur muri hierusalem. Tunc acceptabis ſacrificiū iuſ ticie oblationes et olo cauſta: tunc imponēt ſu per altare tuum uitulos. Requiem eternā dona eis domine. aña. Exul tabunt domino oſſa hu miliata. aña. Exaudi deꝰ. Te decet. Pſalmus. hymnus deus i

162

ſyon: et tibi reddetur uo-
tum in hieruſalem. Ex-
audi deus orationem me-
am: ad te omnis caro ue-
niet. Verba iniquorũ
preualuerunt ſuper nos:
et impietatibus nr̃is tu
propitiaberis. Beatus
quem elegiſti et aſſump-
ſiſti: inhabitabit in atrijs
tuis. Replebimur ĩ bo-
nis domus tue: ſanctum ẽ
templum tuum mirabile
in equitate. Exaudi nõ

deus ſalutaris noſter: ſpes
omniũ finium terre et ĩ ma
ri longe. Preparãs mõ
tes in uirtute tua: accĩctus
potentia qui conturbas
profundum maris ſonũ
fluctuum eius. Turba
buntur gentes et timebũt
qui habitant terminos a
ſignis tuis: exitus matuti
ni et ueſpere delectabis.
Viſitaſti terram et ine
briaſti eam: multiplicaſti
locupletare eam. Flu

men dei repletum est aq̃:
paraſti cibum illorum:
quoniam ita est prepara
tio eius. R iuos eiꝰ ine
brians multiplica genimi
na eiꝰ: in ſtillicidijs eius
letabitur germinans. B e
nedices corone anni beni
gnitatis tue: et campi tui
replebuntur ubertate.
P inguescent ſpecioſa
deſerti: et exultatione col
les accingentur. I ndu
ti ſunt arietes ouium et

ualles abundabunt fru
mento: clamabūt etenī
hymnum dicent. Re
quiem eternam dona eis
domine. aña. Exaudi de
us orationem meā ad te
omnis caro ueniet. aña.
Me suscepit. Psalmus.
Deus deus meus: ad
te de luce uigilo.
Sitiuit in te anima mea:
q̄ multipliciter tibi caro
mea. In terra deserta i
uia et inaquosa sic in sc̄o

apparui tibi: ut uiderem
uirtutem tuam et gloriam
tuam. Quoniam melior
est misericordia tua super
uitas: labia mea lauda
bunt te. Sic benedicā
te in uita mea: et in nomie
tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe et pingue
dine repleatur anima mea:
et labijs exultationis lau
dabit os meum. Si me
mor fui tui super stratū me
um in matutinis medita

bor in te: quia fuiſti ad
iutor meus. Et in uela
mento alarum tuarũ exul'
tabo adheſit anima mea
poſt te: me ſuſcepit dex
tera tua. Ipſi uero i ua
num queſierunt aīam mē
am introibunt in inferio
ra terre tradentur in manꝰ
gladij: partes uulpium
erunt. Rex uero letabi
tur in deo laudabuntur
omnes qui iurant in eo:
quia obſtructum eſt os

loquentium iniqua. Ps.
Deus misereatur nri
et benedicat nob:
illuminet uultum suu sup
nos et misereatur nostri.
Ut cognoscamus i terra
uiam tuam: in omnib9 gē
tibus salutare tuum. Cō
fiteantur tibi populi deus:
confiteantur tibi populi
omnes. Letentur et e
xultent gentes quoniam
iudicas populos in equi
tate: et gentes in terra diri

gis. Confiteantur tibi
populi deus confiteãtur
tibi populi omnes: terra
dedit fructum ſuũ. Be
nedicat nos deus deus
noſter benedicat nos ds:
et metuant eum omnes fi
nes terre. Requiẽ eter
nam dona eis domine. ℣.
Me ſuſcepit dextera tua
domine. aña. A porta in.
Ego di Pſalmus.
xi in dimidio die
rum meorum: vadam ad

portas inferi. Queſiui
reſiduum annorum meo
rum: dixi non uidebo do
minũ deum in terra uiuen
tium. Non aſpiciã ho
minem ultra: et habitato
rem quietis. Generatio
mea ablata eſt et conuolu
ta eſt a me: quaſi taberna
culum paſtorum. Preci
ſa eſt uelut a texente uita
mea: dum adhuc ordirer
ſuccidit me: de mane uſq;
ad ueſperam finies me.

Sperabam uſq; ad ma
ne quaſi leo: ſic cōtriuit
omnia oſſa mea. De
mane uſq; ad ueſperam
finies me ſicut pullus
hyrundinis ſic clamabo:
meditabor ut columba.
Attenuati ſunt oculi
mei: ſuſpicientes in ex
celſo. Domine uim
patior reſponde pro me
quid dicam: aut quid
reſpondebit michi cum
ipſe fecerim. Recogi

tabo tibi omnes annos
meos: in amaritudine aī
me mee. Domine si sic
uiuitur et in talibus uita
spiritus mei corripies me
et uiuificabis me: ecce in
pace amaritudo mea ama
rissima. Tu autem eru
isti animam meam ut nō
periret: proiecisti post
tergum tuum omnia pec
cata mea. Quia nō in
fernus confitebitur tibi
neq: mors laudabit te:

non ſpectabunt qui deſ
cendunt in lacum uerita
tem tuam. Uiuens uiuẽs
ipſe confitebitur tibi ſicut
et ego hodie: pater filijs
notam faceret ueritatem
tuam. Domine ſaluũ
me fac: et pſalmos noſtrõ
cantabimus cunctis die
bus uite noſtre in domo
domini. Requiẽ eter
nam dona eis domine.
aña. A porta inferi erue
domine animas eorum.

aña. Omnis ſps. Pſalm⁹.
Laudate dominu(m)
de celis: laudate
eum in excelſis. Lauda
te eum omnes angeli ei⁹:
laudate eum omnes vir
tutes eius. Laudate e
um ſol et luna: laudate e
um omnes ſtelle et lumē.
Laudate eum celi celo
rum: et aque que ſuper ce
los ſunt laudent nomen
domini. Quia ipſe di
xit et facta ſunt: ipſe mā

dauit et creata ſunt. S ta
tuit ea in eternum et in ſe
culum ſeculi: preceptum
poſuit et nõ preteribit.
L audate dominũ de
terra dracones et om̃es
abyſſi. I gnis grando
nix glacies ſpiritus pro
cellarum: que faciũt uer
bum eius. M ontes et
omnes colles: ligna fru
ctifera et omnes cedri.
B eſtie et uniuerſa pe
cora: ſerpentes et uolu

cres pēnate. Reges ter
re et omnes populi: prin
cipes et omnes iudices
terre. Iuuenes et uirgi
nes ſenes cum iunioribꝫ
laudent nomen domini:
quia exaltatum eſt nomē
eius ſolius. Confeſſio
eius ſuper celum et terrā:
et exaltauit cornu populi
ſui. Hymnus omnibꝫ
ſanctis eius: filijs iſrael
populo appropinquāti
ſibi. Cantate domino

canticum nouum: laus e-
ius in eccleſia ſanctorū.
Letetur iſrael in eo q̇
fecit eum: et filie ſyon e-
xultent in rege ſuo. Lau-
dent nomen eius in cho-
ro: in tympano et pſalte-
rio pſallant ei. Quia be-
neplacitum eſt domino ī
populo ſuo: et exaltauit
manſuetos in ſalutem.
Exultabunt ſancti in
gloria: letabuntur in cu-
bilibus ſuis. Exulta-

nones dei in gutture eorum:
et gladii ancipites in ma
nibus eorum. Ad faci
endam uindictam in nati
onibus: increpationes i
populis. Ad alligandos
reges eorum in compedi
bus: et nobiles eorum i
manicis ferreis. Ut fa
ciant in eis iudicium cō
ſcriptum: gloria hec eſt
omnibus ſanctis eius.
Laudate dominum in
ſcis eius: laudate eum in

firmamento uirtutis eiꝰ.
Laudate eum in uirtu
tibus eius: laudate eum ſe
cundum multitudinē ma
gnitudinis eius. Lau
date eum in ſono tube: la
udate eum in pſalterio et
cythara. Laudate eum
in tympano et choro: lau
date eum in cordis et or
gano. Laudate eum in
cymbalis beneſonātibꝯ
laudate eum in cymbalis
iubilationis: omnis ſp̄s

laudet dominum. ℟ Requiem eternam dona eis dñe. añ. Omnis spiritus laudet dominum. ℣. Audivi vocem de celo dicentem michi. ℟. Beati mortui qui in domino moriuntur. añ. Ego sum resurre. Psalmus.

Benedictus dominus deus israel: quia visitavit et fecit redemptionem plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis: in domo david pueri sui.

Sicut locutus eſt per
os ſanctorum: qui a ſecu
lo ſunt prophetarum eius.
Salutem ex inimicis no
ſtris: et de manu omnium
qui oderunt nos. Ad fa
ciendam miſericordiã cum
patribus noſtris: et memo
rari teſtamenti ſui ſancti.
Iuſiurandum quod
iurauit ad abraham pa
trem noſtrum: daturum
ſe nobis. Ut ſine timo
re de manu inimicorum

nostrorū liberati: seruiamꝰ
illi. In sanctitate et ius
ticia coram ipso: omnibꝰ
diebus nostris. Et tu
puer propheta altissimi :
uocaberis: preibis enim
ante faciem domini para
re uias eius. Ad dādā
scientiam salutis plebi eiꝰ
in remissionem peccatorꝝ
eorum. Per uiscera mi
sericordie dei nostri: in q̇
bus uisitauit nos oriēs ex
alto. Illuminare his

qui in tenebris et in umbr̃
mortis ſedent: ad dirigē
dos pedes noſtros in uiã
pacis. Requiem eternã
dona eis domine. aña.
Ego ſum reſurrectio et ui
ta qui credit in me etiam ſi
mortuus fuerit uiuet: et
omnis qui uiuit et credit
in me non morietur ĩ eter
num. Pater noſter. Et ne
nos. Sed libera. Pſalmus.
De profundis cla
maui ad te domi

ne: domine exaudi uocem
meam. Fiant aures tue
intendentes: in uocem de
precationis mee. Si ini
quitates obſeruaueris do
mine: dñe quis ſuſtinebit.
Quia apud te propiciati
o eſt: et propter legẽ tuã
ſuſtinui te domine. Suſ
tinuit anima mea in uerbo
eius: ſperauit anima mea i
domino. A cuſtodia ma
tutina uſq; ad noctẽ: ſperet
iſrael in domino. Quia

apud dominũ miſericor
dia: et copioſa apud eũ
redemptio. Et ipſe re
dimet iſrael: ex omnibus
iniquitatibus eius. R e
quiem eternã dona eis do
mine: et lux perpetua luce
at eis. ℣. A porta inferi.
℟. Erue domine animas
eorum. Domine exaudi
orationem meã. Et cla
mor meus ad te ueniat.
Deus qui inter Orõ.
apoſtolicos ſacer

dotes famulos tuos pon
tificali ſeu ſacerdotali feciſ
ti dignitate vigere: preſta
queſumus. ut eorum q̄qꝫ
perpetuo aggregentur cō
ſortio. Per dominū nr̄m
ieſum chriſtum filiū. Orō.
Deus venie largitor
et humane ſalutis
amator queſumus clemē
tiam tuam: ut noſtre con
gregationis fratres, ſoro
res, parentes, amicos et
benefactores noſtros qui

ex hoc ſeculo tranſierũt: be
ata maria ſemper uirgine i
tercedẽte cum omnibꝰ ſã
ctis tuis: ad perpetue bea
titudinis peruenire conce
das. Per dominum noſtrũ
ieſum chriſtum filium tuũ.
Qui tecum uiuit et regnat
in unitate ſpiritus ſancti deus.
Per omnia ſecula ſeculorũ.
Amen. Orõ. Fidelium
deus omnium conditor et
redemptor. Require ſup̄.

Oratio ~~ſancti auguſtini~~ de
uotiſſima dicenda. ~~xxx. iii.~~
~~diebus genibus flexis ad~~
~~obtinendum omnem gratiam~~.

O dulciſſime do
mine ieſu chriſ
te uerus deus:
qui de ſinu dei
patris omnipotentis miſſus
es in mundum relaxare pec
cata: afflictos redimere: in
carcere poſitos ſoluere: diſ
perſos congregare: peregri
nos in ſuam patriam redu

cere: contritis corde miſe
rere: dolentes et languen
tes conſolari. Dignare do
mine ieſu chriſte abſolue
re et liberare me famulam
tuam de afflictione in qua
poſita ſum: et tu domine
genus humanum in quan
tum homo a deo patri om
potenti in cuſtodia recepiſ
ti: et ex pietate tua crudeli
paſſione nobis paradiſuz
cum precioſo ſanguine tu
mercatus es: et inter ange

los et homines pacē fecisti.
Tu domine iesu christe di
gneris inter me et inimicos
meos stabilire et confirma
re concordiam et pacem et
gratiam tuam super me ostē
dere et infundere misericor
diam tuam: et omne odium
et iracundiam inimicorum
meorum quod contra me
habent digneris extingue
re et mitigare: sicut iracun
diam et odium esau abstu
listi quod habebat adūsus

iacob fratrem ſuum. Ita do
mine ieſu chriſte ſuper me
famulam tuam brachium
tuum et gratiam tuam extē
de: et me liberare digneris
ab omnibus me odientibꝰ.
Et tu domine ieſu chriſte ſi
cut liberaſti abraam de ma
nibus caldeorum: et filiū
eius iſaac de immolatiōe
ſacrificij cum ariete: et ia
cob de manu eſau fratris
ſui: et ioſeph de manu fra
trum ſuorum: noe per ar

chaim diluuij: loth de ciui
tate sodomorum. ffamu
los tuos moisen et aaron
et populum israel de ma
nu pharaonis et de serui
tute egipti. ~~S[illegible]~~
~~mōte gelboe~~. Dauid regē
de manu saulis et golie gi
gantis. Susannam de falso
crimine et testimonio. Ju
dich de manu holofernis.
Danielem de lacu leonum.
Tres pueros de camino i
gnis ardentis. Jonam de

uentre ceti: et filiam chana
nee q̄ erat tormentata per
diabolum: et adā de profū
do puteo inferni cum pre
ciosissimo sanguine tuo. et
petrum de mari. et paulū
de uinculis. Ita me famulā
tuam dulcissime domine
iesu christe fili dei uiui libe
rare digneris et succurrere
et in adiutorium mei inten
dere: quia inimici mei super
me faciunt et facere uolūt
multa mala consilia. Itaqꝫ

domine iesu christe dep̄cor
te euacuare consilium eorũ
sicut euacuasti consiliũ ar
chitofelis: qui consulatus
est absalon contra dauid
regem patrem suum: ita do
mine iesu christe me digne
ris liberare per sancta sacrifi
cia tua atq; beneficia: per sã
ctam incarnationem tuam
quam accepisti ut homo de
uirgine maria: et per sanctã
natiuitatem tuam: per famẽ
et sitim: et per frigus et ca

lores: per labores et afflic
tiones: per ſputa: per ala
pas et flagella: per clauos
per lanceam: per ſpineã co
ronam: per potationem fe
lis et aceti: per ſeuiſſimam
mortem crucis: per ſeptem
uerba q̃ pendens in cruce ⁊
dixiſti. ſcilicet. deo p̃ri omni
potenti. Ignoſce illis: q̃a
neſciunt quid faciũt. Di
xiſti domine latroni in cru
ce pendenti. Amen dico ti
bi. Hodie mecum eris in

paradiſo. Dixiſti domine ꝛ
patri tuo. Hely heli lamaza
batani. quod eſt interpre
tatum: Deus meus deus me
us: ut quid dereliquiſti m̄.
Dixiſti domine matri tue.
Mulier ecce filius tuus: de
inde dixiſti diſcipulo: Ec
ce mater tua. Oſtendens
curam habere tuorum ami
corum. Dixiſti domine ſi
tio. i. ſalutem animarū ſcā
rum que in limbo fuerunt.
et miſericordiam cupiēdo.

Dixiſti domine patri tuo.
In manus tuas domine cō
mendo ſpiritum meum.
Dixiſti domine. Cōſumma
tum eſt. ſignificans laborē
et dolores quos pro nobis
miſeris ſuſcepiſti iam finiri.
Propter quos etiam rogo
te redemptor domine ieſu
chriſte ut me famulam tuā
N. ab hoſte maligno et ab
omni periculo cuſtodias ⁊
liberes: hic in preſenti et in
futuro. Defende me domine

per descensionem tuam ad
inferos: per resurrectionē
tuam et frequentē discipu
lorum tuorum cōsolatiōē.
Per admirabilē ascensionē
tuā: per aduentus spūs sancti.
per diem tremendū iudicij: p
hec omnia exaudi me dn̄e:
et per cuncta beneficia tua:
et etiā pro cunctis benefici
js tuis michi famule tue. N.
collatis: quia tu me fecisti ꝛ
ex nichilo: tu redemisti me:
tu ad fidem sanctā tuam p

duxiſti me: et contra dia
boli tentationem me pre
muniſti, uitam eternã pro
mittendo: propter iſta et
omnia alia q̃ oculus nõ
uidit: nec aures audiuit
nec in cor hominis aſcẽde
runt. Rogo te dulciſſime
domine ieſu chriſte: ut ab
omnibus p̄icul' aĩe et cor
poris pro tua pietate et mi
ſericordia me famulã tuã
N. nunc et ſemper liberare
digneris. Et poſt huius

uite cursum ad te deum ui-
uum et uerum me perdu-
cere digneris. Qui uiuis et
regnas deus. Per om̃ia sec̃la
seculorum. Amen. Ad hosti
Adoro te domine am.
iesu christe saluator
mundi deus et homo quē
credo ueraciter consistere
sub hac specie panis q̃m in-
uoco et spero te tua infinita
bonitate reuelata facie cō-
templari. Ad calicē.
Adoro te domine ie-


ieſu chriſte ſaluator mūdi
deus et homo quem credo
ueraciter conſiſtere ſub hā
ſpecie uini in hoc calice quē
uideo: et ſpero te tua infini
ta bonitate reuelata facie cō
templari.

vistas y aprobadas. no porq̃ cō ellas
se pueda cumplir la oblig.on de rezar
el off.o de n.a s.a sino consolar ...
de papa pio quinto. en ... 1573.
L.do herrera

ꝛiſte ſaluatoꝛ mūdi
et homo quem certo
iter conſiſtere ſub hiſ
uini in hoc calice qm
ter ſpero te tua mſu
ntate reuelata facie co
lari.

[illegible]

1573



HEURES

